¶ Scđa qõ est hec. qualr̃ se hz auctũ respectu nutrimẽti: ad quã rñdet ph̃s ꝙ sic habz passiue. ita ꝙ nõ solũ se habz actiue ad nutrimẽtuz ipm corrumpẽdo: sz et passiue. non ꝙ corrumpať ab eo: sz qꝛ alteratur ꝛ efficiť minꝰ puruz ꝑ admixtionẽ alimẽti cuz alito. sic. n. aq̄ īfusa vino ꝛ cõuersa in vinũ. sic ꝙ possit facere opus vini facit vinũ non eẽ puꝝ sed mixtũ. ita alimẽtuz ꝯuersuz in carnẽ facit carnez mixtã: qꝛ non est caro ita pura. sicut ꝑius. Et si queriť quõ potest caro ad se ꝯuertere alimẽtuz. dicatur ꝙ quẽadmoduz ignis tãgẽs combustibilia. ꝛ vrẽda facit ipm combustibile: qꝺ tãgit adustũ esse ꝛ ignitũ. ita membꝝ qꝺ ē actu caro facit alimẽtuz adueniẽs illi actu esse carnem: qꝺ ꝑius erat potẽtia caro. Nam oẽ agẽs agit: vt est in actu. ꝛ oẽ patiẽs patitur: vt ē in potẽtia: vt habeť. 3ᵒ physicoꝝ. nõ ergo ignis facit ignẽ nisi sit actu ignis: neq3 caro facit carnẽ: nisi sit actu caro. sic et ex ligno nõ fit ignis nisi lignuz sit potẽtia ignis: neq3 ex cibo fit caro: nisi cibus sit potẽtia caro. Le. li. (Quid igitur patiẽs ad hoc) alimẽto ē ipm (auctũ autẽ). i. rñdetur ꝙ (mixtũ) fit ipm auctuz (quẽadmodũ vino si qs superīfundat aquã. hoc autẽ). s. aqua (põt vinũ facere ꝙ mixtuz ē). i. nõ esse ita puꝝ: sicut ꝑius (et quemadmodũ ignis adustuz). ꝛ. ignẽ facit actu dũ ē (tãgẽs vrẽda. ita ꝙ in eo augeť. ꝛ in te actu caro) si (i est augmẽtuz) dico autem (adueniẽte potẽtia carne facit actu carnem)

¶ Ecce ſm ph̃m: ꝙ caro facit carnẽ. sz nõ facit seipsaz antiquã carnẽ. igiť facit carnẽ nouã: qꝺ est ꝯ Burleum.

¶ Igitur simul ente: si eni scorsum generatio ē Est eni ita ignẽ facere ad existente adiungẽtes ligna: sed sic quidẽ est augmẽtatio. Quãdo aũt ipsa ligna per se icenduntur generatio est.

¶ Ex predictis īfert ph̃s. ꝙ nõ fit augmẽtatio nisi sint sil' augẽs ꝛ auctuz simulitate vnitatis. ita ꝙ ex alimẽto ꝛ mẽbro fiat vnũ. si. n. alimẽtum scorsuz cõuertatur in nãz carnis. sic ꝙ alia sit forma carnis noue. ꝛ alia atique non erit augmẽtatio sed gñatio. oz igiť ꝙ caro ꝯuertat cibuz in suã nãm si dz esse gñatio. v. g. ignis põt ꝑuenire ex lignis duobus modis. vno mõ ex appositiõe lignoꝝ ad ꝑexistẽtez ignẽ. ꝛ sic ē augmẽtatio. alio modo ex accẽsiõe lignorum absq3 alio igne. ꝛ sic ē gñatio sine augmẽtatõe. ita in ꝑposito dupl'r potest gñari caro. vno modo per ꝯuersiõem alimẽti in naturã carnis preexistẽtis. ꝛ sic ē augmẽtatio. alio modo ī naturã ꝑpriã forme icipiẽtis. ꝛ sic est gñatio absq3 augmẽtatõe. Le. li. (Ergo simul ẽte). i. simul existẽte nutrimẽto cũ membro fit augmẽtatio (si. n. scorsum) alimẽtum fiat caro (generatio erit) ꝛ nõ augmẽꝰ (est eni itaq3) . i. ꝯtigit (ignẽ facere ad existẽtez) precedẽtẽ ignẽ (adiungentẽ ligna: sz sic quidẽ augmẽtatio est. quãdo aũt ipsa incẽduntur per seipsa generatio est.) ¶ Notãdum ꝑmo ꝙ exẽpla ph̃i nõ sunt itelligẽda ſm virtutez sermonis. sz tñ ſm vsum loquẽdi. ꝑmo quidẽ quãdo aqua īfũditur vino nõ est vera mixtio. si. n. corrũpitur aliquod illoꝝ per soluz motũ localez nõ est vera mixtio. qꝛ mixtio ē miscibilium alteratoꝝ vnio. per Ar. in fine huiꝰ ꝑmi. si autez corrumpitur aliqꝺ illoꝝ per motuz alteratiõis. sic ꝙ vinuz ꝯuertatur ī nãz aque. vel eꝯ. Iterum nõ est vã mixtio: qꝛ in vã mixtiõe forme sub̃ales nõ corrũpũtur: sz corrũpũtur miscibilia. per ph̃z in tractatu. 4. ꝯstat aũt ꝙ si aq̄ ꝯuertitur in vinuz. corrũpitur tam forma aque: q̄z aqua vinum: aut nõ corrumpiť. si autẽ ecõtra vinũ cõuertatur in naturam aque nõ corrumpitur aqua neq3 forma eius: sed corrũpiť tam vinũ q̄z forma illius. dr̃ tamẽ hec mixtio nõ positiue: sed negatiue. qꝛ dũ est ꝯuersa aqua in vinũ nõ est tãte puritatis vinũ sicut ꝑius erat. si autẽ fiat diuisio in paruas ꝑticulas. dicitur vinũ mixtũ: quia nõ ita bene facit opꝰ vini sicut ꝑius. ¶ Item quãdo aqua īfunditur vino: aut lignũ immittiť igni. sic ꝙ aqua ꝯuertatur in vinũ. ꝛ lignuz in ignẽ nõ est vera augmẽtatio: sed tñ ſm famositatẽ ꝛ cõmunẽ moduz loquẽdi. quoniã nõ augetur nouũ neq3 antiquuz. ꝛ ꝯsequẽter neq3 aggregatũ ex his. in augmẽtatiõe enim vera manet idẽ a ꝑncipio vsq3 ad finem. modo neq3 illud qꝺ gñatur: neq3 illud qꝺ corrũpitur manet idez a ꝑncipio vsq3 ad finẽ. oz etiã ꝙ forma extẽdat se in plí materia: qꝺ nõ ꝯtingit in aliqua ꝯuersione horum īuicez. quãdo enīz ꝯuertitur aqua ī vinũ. forᵃ vini nõ se extẽdit ad formã aq̄ neq3 forma ignis se extẽdit ad formã ligni: sz generať noua forma vini ī aqua: ꝛ noua forma ignis in materia ligni. Ex hoc apparet differẽtia iter formas viuẽtes: ꝛ formas nõ viuẽtes: quia forma viuẽs potest migrare de materia in materiã. forma aũt nõ viuẽs ꝯtinue manet in eadẽ materia. ꝛ ista ē causa ꝑpter quã ꝑprie augẽtur animata ꝛ nõ ianimata: quia aĩata maiorãtur per extẽsionem forme in plí materia. ianimata autez maiorãtur tñ per additionẽ forme ad formã. ꝛ materie ad materiã. ¶ Secũdo notãdum ꝙ per exẽpla Ar. debemus itelligere duplicẽ causalitatẽ ſm quã ꝯuertiť alimẽtuz in naturã aliti. vz. formalem ꝛ virtualẽ. vinũ quidẽ conuertit aquã in suã naturaz per caliditatẽ virtualẽ. per quã etiã calefacit stomacuz. ꝛ ꝯfortat membra. ignis vero ꝯuertit ligna per caliditatez formalẽ. hꝯ caliditates īueniũtur in corporibꝰ aĩatis. per quas nutriũtur ꝛ augẽtur. plãte eni ꝛ pisces ꝛ cõmuniter animalia carẽtia sanguine nutriũtur ꝛ augẽtur per caliditatez virtualẽ resoluẽtez alimẽtum. ꝛ nõ per aliquaz formalẽ. volatilia autẽ ꝛ terrestria habẽtia sanguinẽ nutriũtur ꝛ augẽtur tam per caliditatẽ formalez q̄z virtualez. ꝛ magis per virtualẽ q̄z per formalẽ. tãta m iz resolutio alimenti nũq̄z fieri posset per solã caliditatẽ formalez. qꝺ quidem exẽplificari potest in festuca igrediente oculuz que per caliditatẽ formalem nõ resolniť: sicut nec resolueret si teneretur in manu: sed per caliditatem virtualem oculi corrumpitur.

Contra predicta argniť probãdo ꝙ in augmẽtatione nõ manet idem ante ꝛ post: quia relatiua sunt simꝰ natura. ꝛ dicũtur ad ꝯuertẽtiaz: ꝛ posita se ponũt. ꝛ pempta se perimũt. per Ar. in predicamẽtis. sed pars ꝛ totũ sunt correlatiua vt liquet. ergo variata parte variať totũ. constat aũt ꝙ in augmẽtatione variať pars: qꝛ partes materiales fluũt ꝛ refluũt. per Ar. in hoc caᵒ. igiť etiã variatur totuz. ¶ Scđo. vocẽtur omnes partes aũ augmẽtationem a. ꝛ post augmẽtationẽ vocẽtur omnes partes b. ꝛ arguiť sic. hoc augendũ ante augmẽtatõez est a. ꝛ post augmẽtationem nõ est a. sed b. igiť in augmẽtatione nõ manet idem a

pncipio ad finem. Añs est notũ: quia partes ante augmẽtationez sunt alie a partib⁹ post augmẽtatiõem. ex ꝙ ptes sm materiã fluũt ⁊ refluunt. ¶ Tertio sic. si illud eẽt verũ. hec ratio esset: qꝛ maioꝛ pars manet eadẽ: qḋ est falsũ: qꝛ alr̃ esset aliquid idẽ alicui: cui in nulla parte ꝯueniret. pbat̃. ⁊ pono ꝙ a. sit colũna tripedalis. a q̃ amoueat̃ vnũ pedale. loco cui⁹ ponatur aliud pedale. ⁊ sit tota columna b. deĩde amoueatur pedale: loco cuius panat̃ aliud pedale: ⁊ vocetur tota colũna c. vlt°. amoueatur 3ᵐ pedale: loco cuius panat̃ aliud pedale: ⁊ sit tota columna d. 2°. argnt̃ sic. a. fuit idez b. qꝛ maioꝛ pars fuit eadez. ⁊ b. fuit idem c. quia maioꝛ pars fuit eadez. ⁊ c. fuit idem d. qꝛ maioꝛ pars fuit eadem. igitur a. fuit idẽ d. pꝫ consequentia: quia quecũqꝫ sunt eadẽ vni 3° sunt eadem iter se. ꝙ antez a. ⁊ d. in nulla parte ꝯueniãt pꝫ: quia nulla pars d. fuit ps a. ¶ 4°. sequit̃ ꝙ est eadẽ spera aeris. ⁊ idez fluuius nũc ⁊ añ mille ãnos patꝫ ꝯsequẽtia: qꝛ sicut partes aucti ꝯtinue fluũt ⁊ refluũt: ⁊ refluũt sicut ptes fluuij: ⁊ partes spere aeris: ⁊ ꝙ illud sit falsũ argnt̃: qꝛ alr̃ idẽ bis generatũ esset: nã fluui⁹ iste genitus est in pncipio mille ãnoꝝ. ⁊ iterũ post decẽ ãnos genitus est: qꝛ qḋlibꝫ eius pedale past decẽ annos genitũ est. De spera aũt aeris seqtur ꝙ aliqḋ ppetuũ corrũpet̃: qꝛ illa spera est perpetua ex quo semꝑ manebit eadẽ. corrũpetur autẽ: qꝛ qḋlibꝫ eius pedale corrũpetur. ¶ In ꝯriũ aũt ẽ Ar. di. ꝙ in augmẽtatione manet idẽ a pncipio vsqꝫ ad finẽ. Alr̃ augmẽtatio nõ esset verus motus. cui⁹ cõtrariũ determĩatur. 5. physicoꝝ. ¶ Notãdum ꝓ solõne oĩum argu^m ꝙ aliqḋ circa idez qḋ ante vel post. 4ʳ patest itelligi. s. largissime ⁊ large. ꝓprie ⁊ ꝓprijssime. Idẽ numero largissime est illud cui⁹ manet idẽ situs: aut cõsimilis dispõ nõ iterrupta. ⁊ sic ista nauis vel archa est eadẽ nũero que fuit añ mille ãnos. dato ꝙ omni die vna pars fuerit noniter addita: ⁊ aliqua ãtiqua cõrupta. sic ꝙ nullũ pedale babeat de eo: qḋ in pncipio babuit mille annorũ. est etiã idẽ fluuius nũc qui fuit semꝑ: aut idem mare numero. hãc identitatẽ itendit phs. 2. hui⁹. di. eĩta esse ppe⁹: licꝫ forte alicuius elemẽti qḋlibꝫ minimũ aliquãdo corrũpetur. Idem numero large dicit̃ cui⁹ maioꝛ aut pncipalioꝛ pars manet. ⁊ sic est eadem nauis que primo erat dato ꝙ 2ᵉ. 3ᵉ. remaneãt: ⁊ alia noniter aggregetur. est etiã eadẽ plãta numero. ⁊ idez animal anulosũ numero si pncipalioꝛ pars maneat. dũ modo maioꝛ sit corrupta. s. ꝑ diuisionez factã ab extrinseco partis a parte. sic et dicimus aliquid eẽ albũ. cuius maioꝛ pars est alba. vel saltem pncipalioꝛ: sicut ꝯtin⁹ de hoĩe respectu faciei. iuxta doctrinã Ar. 6. physicoꝝ. Sed ꝓprie illud dicit̃ esse idẽ numero: cuius pars pncipalis non est substãtialr̃ variata. ⁊ sic manet idez animatũ: quodcũqꝫ sit illud nõ tm̃ tempore augmẽtationis: sed per totã vitam suaz. dato ꝙ ab extrinseco nulla fiat additio: aut violẽtia. ⁊ hoc ideo: qꝛ forma substãtialis. vꝫ. anima nõ substãtialiter variatur: cũ semꝑ maneat eadẽ absqꝫ acqsitiõe ⁊ deperditiõe alicuius partis: vt ostẽsum est ex itentiõe Ar. Proprijssime aũt dicitur idez numero qḋ oĩno nõ est substãtialr̃ trãsmutabile. ⁊ sic deus itelligentie ⁊ celũ eternalr̃ manẽt eadem. hãc identitatem vult Ar. 8. physicorũ demõstrãs eternitatem pmi mobilis. ⁊ pmi motoris. ⁊ isto modo nõ manet idez aliqḋ corpus animatũ per aliquã partẽ temporis. quia cõtinue substãtialiter variat̃. dicit eni Porphy⁹. in vniuersalibus ꝙ sortes senex dr̃t a seipso puero. ¶ Ex pdictis pꝫ opiõnẽ Jo. buridani ⁊ Marsilij. ⁊ alioꝝ iam philosophãtiũ fallaz esse asserẽtez plãtas ⁊ bruta manere eadẽ precise. eo modo quo fluui⁹ aut aer: quia tũc nõ esset differẽtia iter augmentationẽ animatoꝝ ⁊ inanimatorũ et eque ꝓprie augeretur vinũ in resolutiõe aque. ⁊ ignis in cõuersiõe lignorum: sicut plãta ⁊ brutũ in resolõne alimẽti: qḋ est expresse ꝯtra itentionẽ Ar. hic dicẽtis. ꝙ talis maioratio nõ est augmẽtatio: sed gñatio. ¶ Et ideo est dr̃m ꝙ plãte ⁊ bruta manẽt ita bene eadẽ per totũ tempus vite sue: sicut homo: qm̃ forme substãtiales manẽt eedem absqꝫ acqsitione ⁊ deperditiõe alicuius partis. nõ eñ reqrit̃ talis idẽtitas materie. sꝫ sufficit materiã manere eandez numero pmo aut scḋo modo. partes. n. cõtinue materie fluũt ⁊ refluunt. nõ autẽ partes forme sm ph̃m in hoc ca⁹. Ideo in augmẽtatiõe ⁊ diminutiõe manet idez ante ⁊ past: qm̃ vt dem̃ est. forma animati maioraẗ ⁊ minoratur absqꝫ rarefactione ⁊ ꝯdensatiõe. ⁊ absqꝫ maioratiõe ⁊ minoratiõe materie. vꝫ. per solã extẽsiõem in pluri materia. aut per solã itensiõem in pauciori materia. ¶ Ad pᵐ respõdetur ꝙ ille cõditiões relatiuoꝝ sunt itelligende sm denomiationem cõmunez ⁊ nõ discretaz. vnde bñ seqtur. pater est. ergo filius ẽ. ⁊ ecõtra etiã bene sequitur negatiue. pater nõ est. ergo filius nõ est. ⁊ ecõuerso: sed nõ seqtur. hic pater ẽ. ergo iste filius ẽ: nec ecõtra negatiue. ita seqtur. totũ est. ergo pars ẽ. ⁊ ecõtra etiã seqtur. totũ nõ est. ergo pars nõ est. ⁊ ecõuerso. Sed discrete nõ seqtur. hoc totũ ẽ. ergo hꝫ pars ẽ: nõ etiaz sequit̃. illa pars nõ est. igr̃ totum nõ est: sic igit̃ eidem patri potest aduenire noua paternitas. ⁊ antiqua desinere esse: eodẽ numero semper manẽte patre. ita manet idẽ totum numero: licꝫ illi aliqua pars generetur. ⁊ aliqua corrũpatur. ¶ Ad secũdum respõdetur ꝙ ratio deficit pmo ex parte materie. presupponit eñ totum non distingui ab oĩbus suis partibus simul sumptis: qḋ est falsum. scḋo deficit in forma: quia ꝯsequẽtia facta nõ valet: sicut nec ista. tu es albus in pncipio alterationis ⁊ in fine. tu nõ es albus: sed niger. igit̃ tu nõ es idem in pncipio ⁊ in fine alteratiõis. ¶ Ad 3ᵐ dicit̃: ꝙ d. fuit idem a. idẽtitate pmo modo dicta. ⁊ b. fuit idẽ a. ⁊ c. idem b. ⁊ d. idẽ c. identitate scḋo modo dicta. Et cũ dicit̃ ꝙ a. ⁊ d. in nullo cõueniunt: negat̃: licꝫ enim nullũ pedale a. fuerit pedale d. neqꝫ ecõtra: tamẽ aliqua pars d. fuit eadẽ cũ a. s. totum preter vnũ minimũ naturale. eo eñ modo quo d. fuit idez a. eo⁹ aliqua pars d. fuit eadez alicui parti a. s. qḋlibꝫ pars preter vnũ minimũ naturale: ⁊ quia ifinite sunt tales partes tã a. q̃ꝫ d. ideo ĩfinite partes d. fuerũt eedem in finitis partibus a. ⁊ ĩfinite partes d. non fuerũt eedem in aliquibus partibus a. itelligendum tamẽ ꝙ nõ propter causam assignatã dicit̃ aucti ũ manere per totũ tempus: aut esse idez in pncipio ⁊ in fine. s. ꝙ manet maioꝛ pars: sed quia eadez anima nũero manet cõtinue absqꝫ variatione substãtiali. ¶ Ad 4ᵐ cõceditur ꝙ est idẽ fluuius: ⁊ eadez spera aeris nũc ⁊ ante mille ãnos idẽtitate pmo modo sumpta: neqꝫ ex hoc sequit̃ idez bis generari. ⁊ cũ dicitur qḋlibꝫ pedale qḋ est cã istius fluuij. past. 10. annos genitum est. igit̃ est totus fluuius. negat̃ ꝯña: qꝛ totũ nõ est sue partes. concedo etiã sperã aeris esse eternã: licꝫ quodlibꝫ pedale corrũpatur. ¶ Et si allegaret̃ in cõtrarium Ar. di. 10. metaphysice. ꝙ corruptibile ⁊ icorruptibile differũt plus genere. Dicatur ꝙ elemẽtum aeris est corruptibile: licꝫ nũq̃ꝫ corrũpetur. Et ad pbꝫ di. pmo ce. ꝙ omne corruptibile aliqñ corrumpetur. dico ꝙ illa ꝓpositio sic est itelligẽda. omne corruptibile aliquãdo corrũpetur sm se: aut sꝫ aliquid eiusdẽ speciei. sicut eñ aliqua duo sunt risibilia: quorum vnum patest videre ⁊ nõ reliquũ. Et aliqua sunt duo mobilis localiter: quorum vnum patest localr̃ moueri ⁊ non reliquũ. ita aliqua duo sunt corruptibilia: quorũ vnũ potest corrumpi ⁊ nõ reliquum.

¶ Quantũ autem qḋ vniuersale quidẽ non generatur: quemadmodũ nec animal nec quidẽ homo nec aliqḋ singulariũ: sed vt hic vniuersale: illic aũt quantum. 40

¶ Tertia q̄ō. vtrū augmētatio differat a nutritiōe. respondet ph̄s: ꝙ augmē⁹ aliquo modo cōuenit cū nutritione. ⁊ aliquo modo differt a nutritiōe. ⁊ pmo ꝓbat ꝯueniētiam tm̄. ꝙ eni cōueniat cum nutritiōe manifestuʒ est: q̄ꝛ sicut per nutritionē nō fit genus neqꝫ spēs per se: ⁊ generaliter nō fit per se aliqḋ vl'e: q̄ꝛ nō generaṫ homo: neqꝫ animal. ita per augmentationē non fit per se aliqḋ quantū vl'e: q̄ꝛ nō fit in cōmuni animal quātum: neqꝫ homo quātus. ⁊ sicut per nutritionē generaṫ singulare per se. ⁊ vl'e per accidēs. ita in augmētatione augeṫ singulare per se. ⁊ vniuersale per accn̄s. L.e.li. (Quantū autē vniuersale quidez nō generaṫ) per se in augmēto (quemadmodū nec aīal: nec homo) in nutritiōe (nec est singularū aliquod) cui⁹ vniuersale genereṫ: aut augetur per se (ſʒ vt hic). s. per nutritionē generatur per accn̄s (vniuersale ⁊ illic). s. per augmētuʒ augetur per accidēs (quantū in cōmuni.)

¶ Caro autē: aut os: aut manus: ⁊ hoꝝ omiomera adueniente quidem aliquo quanto: sed non carne quanta.

41 ¶ Secundū id igitur ꝙ potentia vtrūqꝫ. V.g. quanta caro sic auget quidē etenī quantaʒ oʒ generari. ⁊ carnem: ſm id enim qḋ solū substātia caro nutrit: eteni sic differunt cibus: ⁊ augmentatiuum ratione.

¶ Scḋo ꝓbat ph̄s ꝯuenientiā ⁊ differentiā simul: quoniā idē quātuʒ adueniēs nutrit ⁊ auget. ⁊ nō ſm ꝙ est in actu sed in potētia nutrit ⁊ auget: sed non eodē modo: q̄ꝛ id qḋ auget carnē aut os: aut manū que est quoddā totuʒ ad illa: aut aliquā aliam partē omogeneaʒ: vel etherogeneam corporis aīati debʒ esse caro quāta. aut os quātuʒ in potētia: sic ꝙ sit in potētia ad faciendū carnem maiorē: aut os maius. id autē qḋ nutrit. debʒ esse substātia sola in potentia. ita qḋ caro in po⁹. ⁊ os in potentia nutrit inquantū pōt restaurare deperditū. Est ergo cōuenientia ex parte obiecti materialr̄ sumpti: ⁊ dr̄ia ex parte obiecti formalr̄ accepti: q̄ꝛ eadē caro numero nutrit ⁊ auget: sed nō eodē modo accepta: q̄ꝛ caro vt caro nutrit: ⁊ vt quāta auget. Istaʒ cōuenientiā ⁊ differētiā confirmat Cōmēt. 2⁰ de aīa. di. ꝙ eodeʒ alimēto fit nutritio: augmen⁹ ⁊ gn̄atio: sed nō eodē modo accepto: q̄ꝛ alimentū vt substātia ē causa nutritionis. ⁊ vt quātum est cā augmētationis: ⁊ vt superfluū est cā gn̄ōnis. L.e.li. (Caro aūt aut os: aut man⁹ ⁊ hoꝝ omyomera). s. mēbra similiū partiū augeṫ ⁊ nutritur (adueniēte qdē aliquo quāto: sed nō carne quāta) actu (ſm id qḋ est potētia vtrūqꝫ. v.g. quāta caro sic auget quidē etenim quātā oʒ generari ⁊ carnē: ſm id autē ꝙ soluʒ caro nutrit ⁊ eni sic differūt cibus ⁊ augmē⁹ rōne) quia alia ratiōe fit nutritio ⁊ alia rōne fit augmētatio.

¶ Ideo nutriṫ q̄s quousqꝫ saluatur: ⁊ diminuitur: augmētatur autem non semper.

¶ Tertio ꝓbat ph̄s differētiam tm̄. Naʒ corpus animatū q̄ꝫ diu viuit nutriṫ: siue augeaṫ siue diminuatur. q̄ꝛ nō saluatur absqꝫ nutritiōe: nō autez q̄ꝫ diu viuit augeṫ: q̄ꝛ non q̄ꝫ diu viuit generatur maius: sed bene q̄ꝫ diu viuit generatur maius aut minus: aut tm̄ ex quo fit restauratio deperditi completa vel icompleta. L.e.li. (Ideo nutriṫ quidē) corpus animatuʒ (quousqꝫ saluaṫ ⁊ diminuiṫ: augmentatur autem non semper.)

¶ Et nutrimentū augmentationi id ideʒ est quidem: esse autē aliud. Secūduʒ id eni qḋ est id qḋ aduenit potentia quanta caro augmentatiuuʒ carnis est: ſm id autem quod solum potentia caro: nutrimentum.

¶ Ex predictis īfert Ar̄. ꝙ nutri⁹ ⁊ augmētatio sunt ideʒ subiecto. ⁊ differūt rōne. pma pars ē nota: quia eadem est materia ⁊ idē subm̄ tam nutriōis q̄ꝫ augmētationis. vʒ. alimentū. scḋa est manifesta: quoniā caro po⁹ quāta est id rōne cui⁹ fit augmētatio. ⁊ caro potētia solum est id. ratione cuius fit nutritio. licʒ igṙ caro quāta in potentia sit causa necessaria tāʒ nutritiōis q̄ꝫ augmētatiōis. non tamē ex carne quāta ī potētia fit per se nutritio: sed tm̄ ex carne in po⁹: vt dcm̄ est. (Et nutrimētuʒ augmētationi id idē quidem) est subo (esse aūt) diffinitiuū ⁊ rōnis est (aliud. ſm id eni qḋ est qḋ aduenit potētia quanta caro augmentuʒ qdē carnis ē. ſm id aūt ꝙ solū caro nutrimentū est)

Dubitatur contra hoc ꝙ dicit ph̄s: ꝙ corpus animatū q̄ꝫ diu viuit nutriṫ: quoniaʒ animal aliquādo viuit quādo nō nutritur. vʒ. in pmo instāti suo. ⁊ pluribus tēporibus vite sue. in pmo nāqꝫ istanti non nutriṫ. q̄ꝛ nihil nutriṫ nisi alteretur: vt colligiṫ a philosopho hic: sed animal in pmo istāti suo nō alteratur: q̄ꝛ tunc nō mouetur. ex quo ante nō mouebatur. ¶ Iteʒ nihil nutritur: nisi pn̄te alimēto extrinseco: sed non semper q̄ꝫ diu viuit est presens alimētuʒ extrinsecū. igṙ animal nō semp q̄ꝫ diu viuit semper nutritur.

¶ Respōdetur ꝙ aīal q̄ꝫ diu viuit nutriṫ: q̄ꝛ tam diu nutritur animal q̄ꝫ diu calor naturalis agit in humiduʒ radicale resoluēdo ipsum: sed q̄ꝫ diu viuit animal taʒ diu agit calor naturalis in humidū radicale. igiṫ ⁊c. tenet cōsequentia cuʒ maiori. ⁊ minor declaraṫ autē Ar̄. 9. metaphȳce. ⁊ 2⁰ ꝑyher̄ᵐᵃˢ ponētis differentiaʒ īter agētia rationalia ⁊ irrōnalia: quoniā agētia rōnalia sufficiēter applicata suis passiuis non necessario agūt. cuʒ potentie rōnales sint ad opposita: agentia aūt sine ratione applicata suis passiuis necessario agūt ex quo necessitātur a fine. cōstat autez ꝙ tā calor naturalis: q̄ꝫ anima vegetatiua est agēs naturale sine ratiōe. cum nō subyciantur rōni operatiōes eius: neqꝫ sint in potestate nostra act⁹ illi⁹: sed cōtinue viuēte animali tā anima vegetatiua: q̄ꝫ naturalis calor suffi' applicatur suo passo. vʒ. humido radicali. igṙ cōtinue agit in ipsuʒ. s. resoluēdo aliquaʒ partē eius. ¶ Ad rationē dicitur: ꝙ aīal in suo pmo istanti nutriṫ ⁊ alteratur ⁊ mouetur: neqꝫ oʒ illud ante moueri: sed sufficit illi⁹ aliquā partē p̄us moueri. vnde humidū radicale nō solū est in illo istāti: neqꝫ precise ē tūc calor naturalis: sed etiā ante illud istās sunt ambo simul applicata ad agendū ⁊ patiendū. ¶ Item cōcedo ꝙ semp nutritio idiget alimēto. non qdem extrinseco: sed itrinseco. humidū. n. radicale est alimētum itrinsecuʒ ad hoc ordinatū a natura: vt cōfoueatur ⁊ iuuetur humiduʒ radicale: sed q̄ꝛ q̄ꝫ diu viuit aīal habʒ humiduʒ radicale multū vel paucū. ideo q̄ꝫ diu viuit nutriṫ. falsum ē ergo ꝙ nō nutriṫ animal nisi in presentia alimēti extrinseci. verꝫ est tamen ꝙ nō posset lōgo tempore nutriri absqꝫ alimēto extrinseco: q̄ꝛ per calorē naturalē cito consumeretur humidū radicale ad instar olei in lampade nisi subueniretur per humidū cibale.

Contra p̄dicta arguiṫ dupl'r. ⁊ pmo sic. nullum accidēs naturale alicui subiecto agit corruptione in ipm̄. aliter eni ageret ad corruptionē sui ipsi⁹: sed humidū radicale est subm̄ caloris naturalis: igṙ calor n̄ālis nō agit in humidū radicale resoluēdo ipsum. ¶ Secūdo omnis actio corruptiua est rōne ꝯrietatis. ſm ph̄ʒ in hoc pmo: sed calidū non cōtrariaṫ humido per eūdem. 2⁰ huius. igṙ ⁊c. ¶ Ad pmum diciṫ ꝙ calor dupl'r pōt accipi in abstracto ⁊ in cōcreto. si accipiaṫ in abstracto idem est qḋ caliditas accidētalis. ⁊ sic nō agit in subiecto in quo est: ſʒ cuʒ partes sint difformiter calide ipse calor vnius partis agit in humidū alterius partis. si accipitur in cōcreto: tūc

idem est quod substãtia calida. ⁊ sic nulli subo inheret: sed est ipsi humido in multis partib⁹ cõmixta in qȝ agit generãda sibi simile. Nõ est igr humidũ subiectũ in quo caloris: sed tm̃ circa qȝ eo modo quo dr̃ magnitudinem supra quã aut circa quã fit motus esse subiectũ motus. ❡ Ad scðm rñdetur ꝙ calor naturalis agit in humidũ radicale duplici ꝯtrarietate: quoniã cũ ipse calor naturalis sit quodã modo calor igneus sibi est cõiuncta siccitas: ipm autẽ humidũ radicale cũ sit quodã modo humidũ aqueũ sibi est cõiuncta frigiditas. cũ igitur siccitas ꝯtrarietur humiditati: ⁊ caliditas frigiditati: opȝ istã actionẽ ꝓuenire ex duplici ꝯtrarietate. quapropter necesse est animali seu viuo nutrimentũ extrinsecũ si debeat lõgo tempore viuere: quia ꝓpter hãc duplicẽ contrarietatẽ cito deficeret humidũ radicale: nisi fieret restauratio per nutrimentũ extrinsecũ. comporatur eni calor ad humiduȝ in corpore viuẽte: sicut flãma ad oleũ in lampade. Ex predictis colligitur omnia. 4. genera causarũ ad nutritionẽ ⁊ augmentationẽ cõcurrere. Primo quidẽ concurrit causa effectiua taȝ principalis q̃ȝ istrumẽtalis. causa principalis est anima vegetatiua: ⁊ istrumẽtalis est calor naturalis: vt ꝓbat Arist. 2° de anima. requirit̃ eni decoctio alimẽti ad hoc ꝙ fiat nutritio vel augmẽtatio. decoctio autẽ nõ fit sine calore. Et quoniã calor ille ẽ igneus magis aptus ꝯsumere q̃ȝ nutrire ⁊ augere: Ideo regitur anima ipsiȝ regulãs tãquã principale agẽs. Preter hec agẽtia manifesta concurrũt effectiue istrumentaliter quatuor alia agẽtia non manifesta. que sunt q̃tuor virtutes anime vegetabilis. Iuxta doctrinaȝ Auic. 6. naturaliũ. vȝ. attractiua nutrimẽti. retentiua eiusdeȝ. digestiua trãsmutans illud: ⁊ expulsiua superflui separãs purũ ab impuro: ⁊ h̃ est q̃ assimilat ⁊ vnit alimentum alito. ❡ Scðo cõcurrit ad nutritionẽ ⁊ augmẽtationem causa materialis: taȝ in qua q̃ȝ circa quã. Causa materialis in qua ẽ duplex. s. prima ⁊ scða. prima causa materialis est prima mã. que est subm inhesionis oium trãsmutationuȝ naturaliũ. scða causa mãlis est ipsa mã secũda. vȝ. mẽbrum compositũ ex forma ⁊ prima mã. Materia autẽ circa quã est duplex. s. itrinseca ⁊ extrinseca. itrinseca est humidũ radicale qȝ est materia alteratiõis: que corrũpitur fm partẽ: ⁊ nõ fm totũ. Extrinseca autẽ est ipm alimẽtuȝ qȝ etiã ẽ materia alteratiõis: que quidẽ ⁊ fm totũ ⁊ fȝ partem corrumpit̃. ❡ Tertia cõcurrit ad nutritionẽ ⁊ augmentationẽ causa formalis. nõ quidẽ extrinseca: sed itrinseca se habẽs ad modũ generis vel differẽtie. dicit. n. phs scða physicoruȝ. ꝙ omne superi⁹ est forma sui iferioris. ⁊ 7° metaphyce. ꝙ portes diffõnis sunt forme. Constat aũt ꝙ nutritio ⁊ augmẽtatio diffiniũtur per actum ⁊ potẽtiã tãq̃ȝ per genus ⁊ differẽtiaȝ: vt habetur. 3. physicoruȝ. vbi Ar. diffiniẽs quẽlibȝ motũ. ⁊ quãlibȝ mutationem dicit. motus est actus entis in potẽtia. fm ꝙ in po°. ❡ Quarto cõcurrit ad nutritionẽ ⁊ augmẽtationem causa finalis tã ꝓpinqua q̃ȝ remota. Causa finalis ꝓpinqua nutritiõis est salus iđuidui: ⁊ augmẽtationis est debita opatio viuẽtis. Causa autem remota vtriusq̃ȝ est cõtinuatio specifica. vnde natura ordinauit nutritionẽ ꝓpter restaurationẽ deꝑditi. ⁊ restauratiõem deperditi ꝓpter salutẽ iđuidui. augmẽtationem aũt vt ipsum viuum debite ⁊ complete operaretur. omnium aũt istorum finis ẽ ꝑpetuitas spẽi.

❡ Hec autem spẽs sine materia: vt imaterialis potentia aliqua in materia est. Similr̃ autem ⁊ aliud quodcunq̃ȝ organum. Si autem aduenerit aliqua materia ens potẽtia imaterialis hñs ⁊ quantũ potẽtia: he erũt imãles maiores.

42 ❡ Si autẽ amplius facere nõ potest: sed vt aq̃ vino semper amplius mixta in fine aquaticuȝ facit: ⁊ aquã: tunc diminutionẽ faciet quanti. Species autem manet.

❡ Quarta qȝ est ista. vtrũ augmẽtatio sit rõne forme: aut rõne materie. ❡ Respondet phus ꝙ principaliter ẽ ratione forme. ita ꝙ augmẽtatio ẽ rõne vtriusq̃ȝ cũȝ non possit fieri absq̃ȝ mã: sicut nec absq̃ȝ forma: sȝ est principaliter ratione forme. non quidẽ rõne cuiuscũq̃ȝ forme idifferẽter quia nõ ratione forme elemẽti aut mixti ianimati: sed ratione forme imaterialis existẽtis in materia. que quidem forma est aĩa existẽs in carne ⁊ osse ⁊ generalr̃ in quocũq̃ȝ mẽbro organico. Ista forma imaterialis habẽs alimẽtuȝ cõiunctũ mẽbro aliquãdo habȝ virtutem fortem. ⁊ aliquãdo debilẽ quãdo habȝ virtutẽ fortem. tunc ꝯuertit alimẽtum qȝ dicit̃ quãtuȝ in potẽtia in plus q̃ȝ est deperditũ. ⁊ fit augmẽtatio: quia partes imateriales eiusdeȝ forme fiũt maiores pro quãto se extẽdũt in pluri materia. Quãdo aũt habȝ virtutẽ debilẽ. tũc conuertit alimẽtuȝ in minus q̃ȝ est deperditũ. ⁊ ẽ diminutio vsq̃ȝ quo iñ debilitat̃ virtus: ꝙ nihil amplius põt conuertere: ad cuius debilitatiõem necessario sequitur mors ⁊ corruptio. sicut eni vinuȝ per mixtionẽ aque fit impurũ. ⁊ minoris potẽtie q̃ȝ prius ⁊ tãdem tãta est admixtio aque: ꝙ nõ potest amplius illã ꝯuertere: sed fit aquaticũ: ⁊ corrumpitur in aquã. Ita mẽbra per alimẽti mixtionẽ cõtinue fiũt minus pura ⁊ debiliora: ⁊ tãdeȝ tãte debilitatis. ꝙ anima in eis nõ potest resoluere nutrimẽtuȝ: ⁊ deficit vita ꝓpter ꝯsumptionem humidi radicalis factaȝ a calore naturali. Iste ergo est ꝓcessus viuentiũ. Nã primo habẽt solũ humidũ radicale absq̃ȝ humido cibali. ⁊ dicũtur tũc pura ad modũ vini ipermixti. 2° habẽt potentiã conuertẽdi plus de alimento q̃ȝ est deperditũ per calorẽ naturaleȝ. ⁊ tũc augent̃ si habẽt alimentũ cõiunctuȝ. 3° habẽt potentiã cõuertẽdi alimẽtuȝ nõ in plus: sed tm̃ quãtuȝ fuit deperditũ. ⁊ tũc non augentur neq̃ȝ diminuũtur. 4° habẽt potẽtiaȝ conuertendi alimẽtũ nõ in tm̃ quantũ fuit deperditũ: sed in minus. ⁊ tũc est diminutio. tãdem aũt deficit potẽtia cõuertẽdi alimẽtuȝ extrinsecũ aliquo modo. ⁊ manet soluȝ potentia resoluendi alimẽtuȝ itrinsecũ. vȝ. humiduȝ radicale: quo resoluto seq̃tur mors ⁊ corruptio. in oibus his processib⁹ manet semper eadẽ anima nũero absq̃ȝ acquisitiõe ⁊ deperditiane alicuius portiõis. aliquãdo in pluri materia. aliquãdo in tãta. aliquãdo in pauciori materia aũt variat̃: neq̃ȝ manet eadẽ numero ꝓprie ꝓpter cõtinuũ fluxuȝ ⁊ refluxuȝ partiũ materialiũ. L. c. li. (Est autẽ spẽs) .i. forma (sine materia) principalis cã augmẽtationis nõ quecũq̃ȝ forma: sed que (vt imaterialis potẽtia aliqua in materia ẽ) huiusmodi aũt materia ẽ caro ⁊ os (similr̃ ⁊ aliud quodcũq̃ȝ organuȝ. si autem aliqua materia aduenerit ens) coniunctũ mẽbro vel organo (potentia imaterialis habens quantũ potẽtia) .i. parẽs cõuertere in plus faciet augmẽtuȝ: quia (he partes) aĩe (erunt maiores imateriales) ꝓpter extensionẽ in pluri materia (Si autem amplius facere nã potest) q̃ȝ est deperdituȝ (sed vt aqua pmixta vino semp ampli⁹ mixta in fine aquaticũ) vinũ (facit ⁊ aquã) quadã mõ. Ita in ꝓposito virtus debilitata (tunc diminutionẽ quãti faciet. Species autẽ manet) .i. forma eadem numero a principio in fineȝ. ❡ Notãduȝ primo: ꝙ duplex ẽ forma q̃tuȝ spectat ad propositum. s. potẽtia materialis ⁊ potẽtia imaterialis. Forma que ẽ potẽtia materialis ẽ illa que nõ potest migrare de materia in materiaȝ: vt forma elemẽti aut mixti ianimati. forma autẽ que ẽ potẽtia imaterialis est illa que põt de mã in materiã. Et hec ẽ duplex. Nã quedã est sine materia. ⁊ quedaȝ est in materia. Forma que ẽ po⁹ imaterialis sine materia est illa que nõ

potest esse cõiuncta materie per iherentiã: neq3 per ifor
mationẽ: vt deus ꝛ itelligẽtie. Juxta doctrinã Ar. 8. phy
sicorũ. Forma aũt que est potẽtia imaterialis. ꝛ in mã ẽ il
la que cõiuncta materie per iherentiã: aut iformationez,
cuiusmodi sunt aia hois bruti ꝛ plãte: sed est differẽtia: qꝛ
anima hois. vz. itellectus est in materia per iformationez
ꝛ nõ per iherentiaz. Alie autem forme sunt in mã per ifor
mationẽ ꝛ iherẽtiã: sed ꝙ aïa hois sit in materia per ifor
mationẽ ꝛ per iherentiã: ꝛ separata a materia per iheren
tiaz. pz per determinationẽ Ar. 2°. physicoruz. di. Cũ cõ
sideratio phi stat ad formã separatã a mã ꝛ ẽxistem in ma
teria. hec autez non potest esse nisi forma hois. Et ꝙ alie
forme etiam sint imateriales. ꝛ in mã exprimit Ar. in lit
tera. ꝙ forma que ẽ causa pncipalis augmẽtationis est po
tẽtia imaterialis existens in aliqua materia. s. determina
ta: cuiusmodi ẽ caro vel os: vel aliquod membruz organi
cum. ¶ Scðo notandũ ꝙ augmẽtatio est pncipalr rõne
forme. ꝛ nõ ratõe materie: ꝛ ꝯsequẽter nutritionẽ ostẽdit
cõmẽtator 2°. de anima. di. ꝙ nisi sit ita: tũc animal debe
ret habere superius omnia leuia. vz. calorez ꝛ spũs. Et in
ferius omnia grauia. vz. ossa ꝛ neruos. in medio autez ha
bere deberet medio modo se habẽtia. vz. carnẽ ꝛ sangui
nem. cõstat autẽ hoc esse cõtra experientiã. cum ita bene
sint ossa in capite: ꝛ augẽtur ibidẽ ac nutriũtur: sicut in pe
de. Et spũs sunt in pede: sicut ꝛ in capite. Et patz ꝯña: qꝛ si
augmentatio fieret ex parte materie pncipalr grauitas ꝛ
leuitas: ꝛ alie forme elemẽtorũ tenẽãt se ex parte mãe. ex
quo sunt potẽtie mãles: vt ostẽsuz est. oporteret illã fieri
sm exigentiã elemẽtoruz: quorũ vnuz est simplr sursum.
vz. ignis. ꝛ aliud simplr deorsũz. s. terra. Alia vo duo: vt pu
ta aqua ꝛ aer sunt sm qd sursũz ꝛ deorsum. vt manifestat
ipse Cõment. 3°. celi. ꝛ 4°. physicoꝝ.

Circa predicta querit vtrũ augmen⁹ sit mot⁹
ꝯtinu⁹. Et arguit p ꝙ nõ. auctore
Cõment. 3°. physicorũ. di. ꝙ in nullo tempore ẽ polis aug
mẽta⁹ cõtinua. ꝛ rationẽ assignat: quia si augmẽ⁹ digitalis
qñtitatis fieret adequate in ãno. tũc cuilibz porti ãni correñ
deret aliqua pors illius digi[lis] qñtitatis: qð est falsum. quia
tũc cuilibz parti sensibili anni correspõderet aliq̃ ps sensi
bilis illius digitalis quãtitatis. cui⁹ oppositũ habet ad ex
perientiã. Nã minimo tẽpori sensibili nõ correspõdet ali
qua pars sensibilis illi⁹ digitalis quãtitatis. cũ in tali tẽpo
re minimo nõ appareat illud augeri. ¶ Scðo sic. ad con
tinuitatẽ motus requirit cõtinuitas subiecti. cõtinuitas
temporis. ꝛ cõtinuitas termini ad quẽ. Sed augmẽ⁹ defi
cit in quolibz istoꝝ: igr augmẽtatio nõ est mot⁹ cõtinuus
tenet ꝯña cuz maiori. per Ar. 5°. physicorũ. ꝛ pbatur mi
nor quidẽ pmo. nõ est cõtinuitas subiecti: quia augmẽ⁹ est
corporis aiati. cui⁹ partes sunt diuersarũ rõnũ. per Arist.
in hoc caplo. talia aũt nõ possunt inuicem cõtinuari. p Ar.
8°. physicoꝝ. 2° nõ est cõtinuitas temporis: quia nõ opz in
toto tempore absq3 iterruptiõe aliqua corpus viuũz auge
ri: siue accipiat totuz tẽpus vite: siue totuz tps in quo vir
tus est fortis plus resoluere qñ est deperdituz. ¶ Tertio
nõ ẽ ꝯtinuitas termini ad quẽ. Nã qñtitas acqsita in vno
poro nõ ꝯtinuat qñtitati acqsite in alio poro: sicut nec cõti
nuat poris poro. ¶ 3° sic. nutritio nõ est mot⁹ continuus.
igr nec augmen⁹. pz cõsequẽtia: qꝛ nõ est augmẽ⁹ absq3 nu
tritiõe. sm Ar. hic. ꝛ aũs declarat: qm nutritio est corrup
tio alimẽti. ꝛ gñatio poris viuẽtis. modo nulla generatio
vel corruptio est cõtinua: sed est mutatio id uisibilis. per
Ar. 5°. physicorũ. ꝛ per Cõmẽt. 6. physicoruz. imo si nutri
tio eẽt cõtinua. ꝛ cũ per nutritionẽ tollat fames ꝛ sitis: se
quit ꝙ nũq3 deberet animal famescere ꝛ sitire. ¶ Quar
to. diminutio nõ est motus cõtinu⁹. igr nec augmẽt⁹. pz
ꝯña. ex quo augmẽtatio ꝛ diminutio sunt mot⁹ oppositi: ꝛ
aũs pbat. pmo quidẽ quia in omni motu cõtinuo manet
idem a pncipio: vsq3 ad finẽ. per Ar. tam hic q3 5°. phyco
rum. modo in diminutiõe nõ manet idẽ a pncipio vsq3 ad
finẽ. cuz in fine diminutionis corrũpatur viuẽs. per Aris.
hic. ¶ Jtez si diminutio esset motus cõtinuus oporteret
istã cõtinuationẽ esse a calore naturali. ꝛ ab anima: sed ab
ysdem est augmẽ⁹. vt pbatũ est. ergo idẽ est causa ꝯtrario
rum. vz. augmẽtationis ꝛ diminutiõis generatiõis carnis
ꝛ corruptionis eiusdẽ: qð est ꝯtra phm in. 2. hui⁹. di. ꝙ idẽ
squantũ idez semper est aptũ natũ facere idez. imo aliqd
esset causa sue corruptiõis. s. calor ꝛ aïa: si sunt cã diminu
tiõis: cũ ad diminutiõem sequat corruptio. illud aũt cõ
sequẽs est cõtra Ar. pmo physicoꝝ. di. oẽ ens appetere se
permanere. ¶ Notãdũ ꝙ de augmẽtatione possum⁹ log
duplr. vz. absolute. vz. nõ cõcernẽdo aliquod determiatũ
tempus: ꝛ respectiue habẽdo respectũ ad totũ tẽpus aug
mentatiõis viuẽtis: aut ad totũ subm ꝛ partem eius. pmo
modo ois augmẽ⁹ est motus cõtinuus: quia ois motus ẽ
motus cõtinuus. omnis augmẽtatio est motus. ergo ꝛc. tz
ꝯña cuz qualibz parte añtis. per Ar. 5°. physicoꝝ. sed scðo
modo nõ est necessariũ ꝙ sit motus cõtinuus: qꝛ nõ oz ꝙ
in qualibz parte illius tẽporis animatũ augeri: qꝛ propter
ifirmitatez: aut pper defectũ alimenti extrinseci in aliq̃
parte illius totius temporis forte nõ augetur. bene tamẽ
est pole ꝙ aug⁹ sit motus ꝯtinu⁹ continuitate totius tẽpo
ris: quia possibile in toto illo tẽpore aïal esse sanũ cum suf
ficiẽti applicatiõe nutrimẽti. cõstat aũt ꝙ positis sufficiẽ
tibus causis naturalibus necessario ponit effectus. 3° aũt
modo dicit Marsilius: ꝙ licz ois augmẽtatio facta in ali
qua porte porosa sit motus cõtinuus: nõ tamẽ augmẽta⁹
totius viuẽtis est mot⁹ cõtinuus: qꝛ illa componit ex plu
ribus augmẽtationibus totalibus pluriũ partiũ porosa
rum. nõ idez est motus cõtinuus. ꝛ motus vn⁹ nũero. per
Ar. 5°. physicorũ. Melius tamẽ dicit ꝙ totalis augmen⁹
est motus ꝯtinuus: quia nõ solũ augent portes porose: sed
etiã portes non porose que inicez cõtinuantur. quantitas
etiã acquisita est cõtinua. ꝛ vna nũero saltẽ vnitate ꝛ con
tinuitate forme denominãte totum corpus viuẽs. ¶ Ad
pmũ dicit ꝙ augmẽta⁹ duplr sumit. vz. simplr ꝛ composi
te. Augmen⁹ simplex est motus ad quãtitatez. ꝛ sic non ac
cipit Cõment. augmenrationẽ cũ dicit illaz nõ eẽ cõtinuã
quia sicut motus localis ẽ motus cõtinuus. ꝛ alteratio ẽ
motus cõtinuus. ita augmẽtatio est mot⁹ continuus. Aug
mentatio ꝯposita est motus ad quãtitatez: vt icludit nu
tritiõem. ꝛ sic nõ est possibilis in aliquo tempore augmen
tatio cõtinua: qm nutritio est generatio. si igr nutri⁹ esset
cõtinua. gñatio esset cõtinua in tẽpore illo. ꝛ cũ per quãli
bet gnõnẽ generet vnũ minimũ naturale in illo tempore
ifinita essent genita minima nãlia correspõdentia ifinitis
istantibus illius tẽporis. ꝛ per ꝯñs nõ solum cuilibz parti
sensibili illius tẽporis responderet aliqua pars sensibilis
digitalis quãtitatis. imo in toto illo tẽpore esset genitum
corpus ifinitũ compositũ ex ifinitis minimis naturalib⁹
nõ cõmunicãtibus. ¶ Ad scðm dicit ꝙ cõtinuũz dupli
ter diffinit. pmo modo in predicamẽtis. cõtinuũ est illud
cuius portes copulant ad aliquẽ cõmunẽ terminũ. 2° dif
finitur. 6. phy. s. ꝯtinuũ est illud qð ẽ diuisibile in ifinitũ. 3°
diffinit. 5°. metaphy. vz. ꝯtinuũ est illud cui⁹ mot⁹ ẽ vnus.
licz igr subz augmẽtationis nõ sit continuũ pmõ. tñ ẽ ꝯti
nuũz alys duob⁹ modis: quia ipm est diuisibile in ifinitũ:
ꝛ mota vna parte mouet totũ: deducta rarefactione ꝛ cõ
dẽsatione. ¶ Jtẽ duplex ẽ continuitas. vz. mathematica
ꝛ nãlis. cõtinuitas mathematica est illa qua aliq̃ copulan
tur ad terminũ cõmunẽ idiuisibilẽ. cõtinuitas autẽ natu
ralis ẽ illa qua aliqua copulãtur ad aliquẽ cõmunem ter
minũ diuisibilẽ. cuiusmodi est cõtinuitas pueniẽs ex cla

uo.aut colla insertione vel adnascentia.iuxta doctrinam Ar.5°.physicorū.¶ Dōm ergo:licz corpus viuēs non sit ɔtinuū conti^te mathematica.est tamē ɔtinuū cōtinuitate naturali.Et sienō icōuenit ea que sunt diuersarū spērum iuicē ɔtinuari.cum vero ait Ar.8.phycorꝫ. diuersa in spē nō posse iuicē continuari.loquit̄ de cōtinuatione mathematica ⁊ nō nāli.sic etiā ɔcedit̄ ꝙ qn̄titas acqsita est cōtinua.s.totius corporis viuētis nō cōtinuitate mathematica:sed nāli.Ea aūt ꝙ acqrit̄ in partib⁹ hōgeneis est continuo ɔti^te mathematica:lꝫ nulli duo pori sint ɔtinui tali cōtinuitate;qm̄ q̄titates poroꝝ porosarū ɔtinuantur cum q̄titatibus partiū nō porosarū.ex qbus oībus fit vna q̄titas.tota igit̄ mā ⁊ q̄titas corporis viuētis est vna ⁊ continua.vna quidē vni^te forme ipsi⁹ corporis viuētis. ɔtinua vo ɔti^te nāli.De conti^te aūt tēporis dicm̄ ē ꝙ nō est necāꝫ augmētationē esse ɔtinuā in toto illo tpe.tn̄ passibile ē illam eē ɔtinuā in toto illo tpe.⁊ necesse ē eē illā ɔtinuaꝫ in aliq̄ porte illi⁹ tēporis.¶ Ad 3^m rn̄r ꝙ sicut nullo gnō vel corrup⁹ est mot⁹ cōtinuus:sed idiuisibilis mu^o.ita nl̄la nutritio ē motus ɔtinu⁹:sꝫ mu^o idiuisibilis.ɔtinue tn̄ nutrit̄ corpus viuēs:sicut cōmue fit resolō alimēti itrinseci vel extrinseci:⁊ ex hoc seqt̄ fames aut sitis pp defectū alimēti.mēbra.n.retētiua alimēti cū euacuant̄ p nutritionē appetunt repleri.Et iste appetit⁹ dr̄ fames aut sitis.Fames enī ē appetitus calidi ⁊ sicci.⁊ sitis ē appetit⁹ frigidi ⁊ humidi.igi Ar.2°.de aīa.¶ Ad 4^m dōm ꝙ nō est necāriꝫ in diminutiōe ɔtinua idē manere sub vtroq̄ꝫ termino.sufficit.n.ꝙ possit manere:neq̄ꝫ ē necūm p totū tps diminutiōis vsq̄ꝫ ad finē vite.continue corpus viuū diminui:sicut nō ē necāꝫ ipꝫ augeri ɔtinue p totū tps augmēti. ¶ Itē ɔcedo ꝙ tā aīa q̄ calor est cā augmētatiōis ⁊ diminutiōis: gnōnis ⁊ corruptiōis.⁊ idē est cā ɔrioꝝ:sed non eodē mō: iuxta doctrinā Ar.2°.phy.di.ꝙ nauta per sui pñtiam ē cā salutis nauis.⁊ p absentiā est cā submersiōis. Ita aīa ⁊ calorē p se cā gnōnis ⁊ augmētatiōis.per accñs aūt est cā corruptōis ⁊ diminutionis.⁊ lꝫ nihil appetat sui ipsi⁹ corruptionē:tn̄ aliqd pōt esse p accñs cā sue corruptionis:sic cōtingit de ligno descēdēte deorsum ad locū ignis in quo cōburit̄.ita calor nālis resoluit hūidū pp̄ter seipm̄ nutrire ⁊ assiīlare sibi passiuꝫ: ⁊ qr nō manet calor ille absq̄ꝫ hūido: sicut nec aīa:nō p accñs seipm̄ corrūpit:⁊ aīa ad corruptionē hūidi:sicut ɔtingit ô flāma respectu olei ĩ lāpade.

43 Quoniaꝫ autē oportet primū de materia ⁊ de vocatis elementis dicere: siue sint:siue non:⁊ vtrum sempiternale vnūquodq̄ꝫ:aut generatur qualiter:⁊ si generatur vtrū ex iuicem generentur omnia eodē modo:aut si aliquod primū eorū vnū est. Necesse est vtiq̄ꝫ prius dicere de quibus ideterminate dicit̄ nunc.

¶ Iste est 3⁹ tractatus p̄mi de gnōne in quo Ar.postq̄ꝫ in duob⁹ precedētibus tractatib⁹ determinauit de motu ad formā.ɔsīr determinat de illis sine qbus nō pōt mot⁹ ad formā.vꝫ.de actione ⁊ passiōe.Et diuidit̄ in quatuor capitula.in quorū p̄mo recitat passiōes.de qbus cōsiderat in hoc li^o.p̄hus nālis.In 2°. tractat de tactu sine quo non fit actio ⁊ passio.ibi(Principiū aūt)in 3° de actiōe ⁊ passiōe fm̄ opionēꝫ antiquoꝝ.ibi(De facere aūt ⁊ pati)in 4°. determinat de eisdēꝫ fm̄ pp̄riā opionē.ibi (Quo mō aūt existat)Primū ca^m.diuidit̄ in quatuor ɔnes.quarū p̄ma est ista.Ad p̄hm nālēꝫ pertinet ɔsiderare de mā generatoruꝫ ⁊ corruptoꝝ.2° ɔclō.ad eūdēꝫ pertinet cōsiderare de passionib⁹ generatorū ⁊ corruptoꝝ.ibi(Oēs enī)3° ɔclō.ad eūdē pertinet ɔsiderare in spāli de actione ⁊ passione.ibi.

(Sed nec alterari)4° ɔclō.ad eūdē pertinet cōsiderare de tactu ⁊ mixtiōe.ibi(Sed si de facere)Prima ɔclō arguit̄ sic.Ad p̄hm pertinet cōsiderare de mā.⁊ vocatis elemētis:sed mā ⁊ elēta sunt nature generatorū ⁊ corruptoꝝ. igit̄ ad p̄hm pertinet cōsiderare de natura generatoruꝫ ⁊ corruptoruꝫ.pꝫ ɔn̄a cū minori.eo ꝙ materia dr̄ esse natura elemētorū.elemēta aūt dn̄r esse nā mixtoꝝ.maior aūt declarat̄.p̄mo quidē.ꝙ ad illū pertinet ɔsiderare de mā: qr ad illū pertinet cōsiderare de gnōne ⁊ corruptiōe:alteratione: augmētatiōe ⁊ diminutione: que sunt passiones mãe:vt ostēsum supra.igit̄ ad eūdē pertinet cōsiderare de mā.tenet ɔn̄a:qr ad eūdēꝫ pertinet ɔsiderare subm̄ ⁊ passiones eius vt hꝫ videri p̄mo posterioruꝫ.¶ Scd̄o declarat̄.ꝙ ad nālē pertinet cōsiderare de elemētis.vꝫ.de aq̄: aere:terra ⁊ igne. Nā ad naturalē pertinet ɔsiderare de illis de qbus antiq determinauerūt:sed de elemētis antiqui determinauerūt.lꝫ cōfuse ⁊ idetermīnate.igit̄ ⁊c̄. prīa pars añtis est nota:qr oēs artifices eiusdē rōnis ɔsiderāt eadē.Et pbatur scd̄a pars añtis:nā apud antiquos de elemētis fuerūt tres qōnes. Quarū p̄ma erat vtrū elemēta sint vel nō sint.Dixerunt.n.Parmenides ⁊ Melissus:ꝙ elemēta non erāt fm̄ veritatē sed tm̄ fm̄ existimationem. Anaxag.aūt ⁊ Emp. dixerūt illa eē fm̄ veritatem. 2° qō fuit.vtrū oīa elemēta sint perpetua.an aliqua sint generabilia ⁊ corruptibilia.Dixit.n.Emp.omnia elemēta esse perpetua.⁊ nō esse iuicem trāsmutabilia.Anaxag.autē ⁊ Democritus dixerūt illa aliquādo generari ⁊ corrūpi. 3° qō fuit.Dato ꝙ aliqua elemēta sint generabilia ⁊ corruptibilia.vtrū oīa equalr ex seinuicēꝫ gn̄ent̄ ⁊ corrumpant̄:aut datur aliquod p̄mū iter illa ingenerabile ⁊ icorruptibile. Dixerūt enī Anax.⁊ Democritus oīa elemēta equaliter ex seinuicē generari ⁊ corrūpi.Eraclitus aūt Dyogenes ⁊ yppus dederūt vnum primū inter illa igenerabile ⁊ icorruptibile.Dixit enī Eraclitus. ignem esse p̄mū omniuꝫ.⁊ omnia alia generari ⁊ corrūpi.igneꝫ autē igenerabilem ⁊ icorruptibilē esse.Dyogenes autē dixit aereꝫ esse omniuꝫ principiū.ipsumq̄ꝫ igenerabilē ⁊ icorruptibilem: ⁊ omnia alia generari ⁊ corrūpi.Sꝫ yppus asserēs aquā esse oīum p̄ncipium:voluit illā igenitā esse ⁊ icorruptibilem.omnia autē alia quādoq̄ꝫ generari:⁊ quādoq̄ꝫ corrumpi. Ecce ꝙ antiqui determinauerūt de elementis:sed confuse ⁊ ideterminate.panentes enī elemēta non esse fm̄ veritatem. sed fm̄ existimationē nō probauerunt hoc:sicut nec probauerūt omnia esse vnum cū manifeste peccauerūt in materia ⁊ in forma.fm̄ ꝙ habꝫ videri p̄mo physicoruꝫ.asserentes elemēta esse perpetua.⁊ nō esse iuicē transmutabilia: nō demonstrauerunt illud:sed solū crediderūt sic esse: ex eo:quia sunt materia mixtoruꝫ generabiliū ⁊ corruptibilium.Alij vero ponētes vnuꝫ elementorū esse materiale p̄ncipiū igenerabile ⁊ icorruptibile.omnia autē alia gn̄ari ⁊ corrumpi etiā de hoc cōfuse locuti sunt.cū de hoc nūquā stabilē dederint rationē.De istis igit̄ est determinate dicēdum quo mō sunt perpetua:⁊ quo mō iuicem sunt:⁊ trāsmutant̄ equaliter.vꝫ.2°.hu⁹.⁊ p̄us de istis determinandū est:q̄ꝫ de mixtis ex eo:qr sunt cāe eloꝝ.cōstat aūt p̄us determinandū esse de cāq̄ꝫ de effectu.Et h̄ in scīa p̄pter qd.L.e.li.(Quā aūt primū).i.p̄ncipaliter (de materia.⁊ de vocatis elemētis dicere:siue sint:siue nō.Et vtrū sempiternū vnūquodq̄ꝫ:aut generat̄ qualiter).i.aliqualiter(⁊ si generant̄:vtrum ex seinuicēꝫ generantur omnia eodē modo:aut aliquod primuꝫ eorum vnum est:necesse p̄us vtiq̄ꝫ dicere)est de ipsis elementis (de quibus indeterminate dicit̄ nūc)ab antiquis.¶ Notādum ꝙ elemētum dupl̄r accipit̄.s.vere ⁊ fm̄ famositatem.Elemētū vere ⁊ pp̄rie sumptū est illō ex quo aliqd fit.⁊ est idiuisibile in aliā speciē iuxta doctrinam.5°.metaphysice.⁊ sic nihil

est elementū nisi mā ꝛ forma substātialis. Ex his enī fiūt composita naturalia. ꝛ nullū illoꝝ ē diuisibile in partes diuersarū rānū. Elemētum aūt ꝯm famositatez est illud ex quo īmediate fiunt mixta nālia. ꝛ sic terra ꝛ aqua. ignis ꝛ aer dicūtur elemēta. ppterea Ar. nō dicit ea esse elementa. ex quo diuidūtur in partes diuersarū rānum: sed dicit ea esse vocata elemēta.

Dubitatur quo mō elemēta iaz noīata sunt natura mixtoꝝ: cū Ar. 2°. physicoꝝ: ꝛ 5. metaphysice determinet naturā nō dici nisi de pma materia: ꝛ forma substantiali.

¶ Respōdetur ꝙ phs loqtur hꝯ ꝯm modū antiquoꝝ. di. omne illud esse naturā: qđ est mā alicuiꝰ rei naturalis vel artificialis: eo mō quo dicit 2°. physicorū. aquaz esse nām eris ꝛ argenti. Et terrā esse naturā ossium ꝛ lignoꝝ. Et vō eē naturam statue: ꝛ lignum lectuli. cōstat autem ꝯm antiquos elementa esse pncipia nālia rerū. quare ꝛc̄.

¶ **Omnes eniz qui elemēta generantes ꝛ que ex elementis segregatione vtunī: ꝛ congregatione: ꝛ facere ꝛ pati. Est aūt cōgregatio mixtura. Quomodo aūt misceri dicimus: nōduz determinatum est manifeste.**

¶ Scđa ɔclo. ad phm naturalē pertinet ɔsiderare de passionibus generatoꝝ ꝛ corruptorū. pbatur. ad phm nālez pertinet cōsiderare de his passiōibus. de quibꝰ determinauerūt antiqui phi: sed de passiōibus generatoꝝ ꝛ corruptoꝝ determinauerūt antiqui phi: lz īdeterminate ꝛ non manifeste. ergo ꝛc̄. tz cōseqnētia cum maiori. oēs antiqui ponētes elementa ꝛ mixta esse ex illis. minor aūt est euidēs: quia determinauerūt de generatiōe ꝛ corruptiōe. cōgregatiōe ꝛ disgregatione. actiōe ꝛ passiōe: tactu ꝛ mixtione vt liquet ex eorū libris: īdeterminate tamē ꝛ nō manifeste determinauerūt de his: quia nō dederūt modū mixtionis elementoꝝ: neqꝫ ɔuenientiā ꝛ dr̄iam nominatarū passionuz. L. e. li. (Omnes eni qui elemēta generāt) .i. posuīt (ꝛ que ex elemētis sunt) vz. mixta (segregatiōe vtuntur ꝛ cōgregatiōe. ꝛ facere ꝛ pati: est autez cōgregatio mixtura) ꝛ tactus. ideo etiā vtūtur mixtione ꝛ tactu (quomodo eni misceri elemēta dicimus) inicē (nō determinatū est manifeste) ab illis. ¶ Notādum ꝙ illa ppositio. ɔgregatio ē mixtura ꝛ tactus. nō est itelligenda in predicatione idenᵗⁱ: ꝛ in recto: sed in predicatiōe causali ꝛ in obliquo .i. ex cōgregatiōe fit mixtura ꝛ tactus: eo modo quo pmo physicorū. dicit phs. ꝙ vnuz est multa ꝛ multa sunt vnū .i. vnū est ex multis. ꝛ ex multis fit vnū. dicit etiam. 2°. de anima. ꝙ corpꝰ ꝛ aīa sunt animal. i. ex corpore ꝛ ex anima fit animal.

Dubitatur q̄r videt̄ ꝙ de nominatis passiōibꝰ nō se itromittat naturalis: quia de actiōe ꝛ passione determinat metaphysicus: vt hꝫ videri. 5°. metaphy. ꝛ sīr de ɔgregatione ꝛ disgregatione: quia cōgregatio ꝛ disgregaᵒ sunt respectus. cōstat autē ꝙ de oibus respectibus considerat metaphysicus. ex quo diuidit eē in abᵗᵐ ꝛ respectiuuz. de generatiōe autē ꝛ corruptiōe determiat ipse. 7. metaphysice cuz distinguit generationē vniuocā a gn̄ōne equoca.

¶ Rn̄detur ꝙ nō icōuenit diuersas sciētias cōsiderare idem: sed nō eodem modo: vt docet Ar. 2. physicoꝝ. di. ꝙ de linea cōsiderat geometra ꝛ naturalis: sed nō eodez modo: quia geometra cōsiderat de linea vt linea est naturalis aūt ɔsiderat de linea: vt est terminus corporis naturalis. simil̄r de figura ɔsiderat geometra. astrologꝰ ꝛ physicus: sed nō eodē modo: quia geoᵗᵃ cōsiderat de figura: vt est illud qđ termino vel terminis claudit̄. astroᵍ. vero vt passio corporis: sed naturalis vt ē passio corporis naturaľ. ꝛ ex hoc astrologus ꝛ physicus possunt demōstrare eādez cōclusionē. licz per nō idez medium. probat enī physicus terrā esse sphericā. per hoc ꝙ omne graue tendit deorsum: ꝛ lunā eclipsari. p hoc ꝙ terra iterponitur iter solē ꝛ lunā. Astrologus autem pbat terrā esse sphericā: quia equaliter distat a celo: ꝛ lunaz eclipsari. per hoc ꝙ sol ē in cauda vel capite draconis semper itelligēdo īfra semitas eclipticas. Cōsimiliter dicat̄ in pposito. ꝙ de eodē considerat naturalis ꝛ metaphysicus: sed nō eodē modo. Considerat enī glibꝫ eorū de causa ꝛ effectu: vt hꝫ videri. 2°. physicoꝝ. ꝛ 5. metaphysice. sed non eodē modo. considerat. n. physicus de causis: vt sunt pncipia trāsmutationū naturaliū. ꝛ de effectibus: vt sunt termini illarū trāsmutationū. Metaphysicus aūt cōsiderat de his vt diuidūt ens. sicut eniz ens diuidit̄ in subam ꝛ accn̄s. ita etiā in causam ꝛ effectū. De generatiōe ꝛ corruptiōe cōsiderat physicꝰ vt sunt termini motuū naturaliuz. Metaphysicus vero vt sunt passiones conuenientiuz ꝛ discōuenientiū in nā. De actione ꝛ passiōe considerat physicus vt sunt respectus fundamēti in motu. Metaphysicus vō vt sunt respectus fundamēti in dissimilitudine. actio. n. fit rōne dissimilis. vt videtur īfra. De cōgregatione autē ꝛ disgregatione ɔsiderat physicus: vt sunt effectus calidi ꝛ frigidi: quia calidū hꝫ disgregare. ꝛ frigidū ɔgregare: sꝫ metaᶜᵘˢ ɔsiderat de illis: vt sunt effectus distātie ꝛ ppinquitatis. Et sicut considerāt idez. ita eandē ɔclusionem possunt ambo demōstrare. licz per aliud mediū. Demonstrat enī physicꝰ māz differre a forma. per hoc ꝙ materia est subiectū trāsmutationis. ꝛ forma ē terminꝰ illius: vt hꝫ videri pmo physicorū. Metaᶜᵘˢ vero pbat eandē ppositionē per hoc ꝙ materia est potētia ꝛ forma est actus. Item physicus pbat. 2°. physicoꝝ. ꝙ artificialia differunt a naturalibꝰ per hoc ꝙ naturalia ꝯm ꝙ huiꝰ habent in se pncipiuz motus ꝛ quietis. Artificialia vero ꝯm ꝙ huius nō habent in se pncipiū motus ꝛ qetis. Metaᶜᵘˢ vero pbat ex eo ꝙ naturalia fiūt ex materia ꝛ forma substātiali. artificialia vero ex substātia composita: ꝛ forma accn̄tali.

¶ **Sed nec alterari possibile nec segregari ꝛ cōgregari nullo faciēte aut patiente. Etenī plura elemēta faciētes generant in faciendo ꝛ patiēdo adinuicē. ꝛ his quidē ex vno necē est dicere factionē: ꝛ hoc recte dicit Dyogenes: quoniam si nō essent ex vno omnia nec esset facere ꝛ pati adinuicē. V. g. calidū ifrigidari: ꝛ hoc calefieri rursus. Non eniz caliditas ꝛ frigiditas trāsmutātur adinuicē: sed manifestū: quoniam subiectum. Quapropter in quibus facere est ꝛ pati: necesse est vnam horum subiectā esse naturam.**

¶ Tertia cōclusio. ad naturalē pertinet cōsiderare in speciali de actiōe ꝛ passione. Istā ɔnē phs dupl̄r probat. ꝛ primo pecrationē ostensiuā. Nā ad phm naturalez pertinet cōsiderare in speciali de alteratiōe: generatione: ꝛ corruptione: vt in pcedētibus tractatibus patuit: sed nō est possibilis alteratioꝫ generatio vel corruptio absqꝫ actiōe ꝛ passione. igitur ꝛc̄. tenet cōseqnētia cū maiori: sed minor non obstante ꝙ sit de se euidens adhuc pbatur testimonio antiquorū: tam ponentiū plura pncipia: ꝙ̄ vnū solū. Nam ponētes plura materialia pncipia saluāt generationez ꝛ corruptionē in agēdo ꝛ patiendo inuicem. Idem etiā faciunt ponētes trī vnum pncipiū materiale. Dicebat enī Dyogenes. ꝛ recte in hoc ꝙ si omnia facerent ex vno pncipio: necessaria esset actio et passio. Et si omnia non essent ex vno principio materiali non esset actio et passio aliquorū

ibi: cū nō subsistet scḋis subꝫ que sunt genera ꝛ spēs predi
camēti substātie. ¶ Rn̄detur ꝙ tā materia ꝑma q̄̄ cōpo
situm substātiale est ꝑmuꝫ subiectū contrarioꝝ: sed nō eo
dē modo. Nā materia ꝑma est ꝑmū subiectū ꝑmitate cō
positionis. ꝛ compositū substātiale est ꝑmū subiectuꝫ ꝑri
mitate resolutiōis. qualitates. n. cōtrarie ꝑus cōponūt cū
materia q̄̄ cū cōposito subali: ꝛ ꝑus resoluntur a cōposito
subali q̄̄ a materia: cū corrupto cōposito remaneāt quali
tates ꝯrie in materia: vt ē ostēsum ꝑmo huius.

¶ Quapropter quidē primuꝫ potentia corpus
sensibile principiuꝫ. Scḋo aūt prime cōtrarie
tates. dico autē. Verbi grā. caliditas ꝛ frigidi
tas. Tertio aūt ignis ꝛ aqua ꝛ talia.

¶ Scḋa ꝯclō. qualitates ꝯrie sunt ꝑncipia formalia elemē
toruꝫ. hāc cōclusionē ꝓbat phūs dupliciter. ꝛ ꝑmo sic. q̄
litates cōtrarie habēt rationē ꝑncipij elementoꝝ: ꝛ nō ha
bent rōnē ꝑncipij materialis. ergo habēt rōnē ꝑncipij for
malis. tenet ꝯn̄a. ex quo hic nō fit mētio nisi de ꝑncipio in
trinseco. minor est eadē ex ꝑora ꝯclōne. Et maior argui
tur. Nā omne qḋ est altero ꝑus habꝫ rōnem ꝑncipij respe
ctu illius: sed qualitates cōtrarie sunt ꝑores elemētis. igr̄
habēt rationē ꝑoris respectu illoꝝ. ꝑrīa pars aīītis est ma
nifesta ex iductiōe. Naꝫ q2 materia ꝛ forma sunt ꝑora res
pectu cōpositi. ideo habēt rōnem ꝑncipij respectu illi°. Et
quia genus ꝛ drīa sunt ꝑora specie. ideo habent rōnē ꝑnci
pij respectu illi°. ꝑūcta etiā ꝛ vnitates habēt rationē ꝑnci
pij respectu numeroꝝ ꝛ lineaꝝ: quia sunt ꝑora illis. 2° ps
etiā aīītis declaraṫ ex ordine trāsmutabiliū. Naꝫ ꝑmum
qḋ existit in reb° trāsmutabilib° est ꝑncipiū qḋ est po° cor
pus sensibile. 2ᵐ ē contrarietas. vꝫ. caliditatis ꝛ friditatis:
humiditatis ꝛ siccitatis. 3ᵐ vero ē ipm̄ elm̄. vꝫ. ignis ꝛ aq̄:
terra ꝛ aer: cōtrarietas eni qualitatū ꝑmaꝝ presupponit
subm̄: ꝛ forme elemētoꝝ presupponūt ꝯtrarietates ipsaꝝ
ꝑmaꝝ qualitatū. L. c. li. (Quapp̄ ꝑmū qdem) ē illud (qḋ
potētia corpus sensibile ꝑncipiū. 2° aūt cōtrarietates. v. g.
caliditas ꝛ friditas. 3° aūt iō ignis ꝛ aqua ꝛ talia) ꝯstituta
ex illo mali ꝑncipio: illis cōtrarietatibus.

¶ Hec quidē trāsmutantur adinuicē: ꝛ non vt
Emp. ꝛ alij dicūt: semper enīꝫ esset alteratio:
cōtrarietates aūt nō trāsmutantur.

¶ Scḋo arguit phūs ad eādē ꝯclōnem sic. illa sunt ꝑncipia
formalia elemētoruꝫ q̄bus elemēta seinuicē trāsmutāt: sꝫ
qualitatib° cōtrarijs elemēta seīuiceꝫ trāsmutāt. igr̄ qua
litates ꝯtrarie sunt ꝑncipia formalia elemētorū. tenet cō
sequētia cū maiori: quia agere ē ꝓpriū forme: ꝛ pati ē pro
priuꝫ materie. minor aūt est nota ex eo ꝙ positis qualita
tibus cōtrarijs cū debita applicatiōe iuiceꝫ. s. caliditate ꝛ
frigiditate: humiditate ꝛ siccitate. elementa seinuicē trā
mutāt. vꝫ. ignis ꝛ aqua. terra ꝛ aer: ꝛ remotis qualitatib°
cōtrarijs. elemēta nō seīuiceꝫ trāsmutant. Ex isto repre
hēdit Empedocles cū suis sequacib°. di. elemēta esse in
trāsmutabilia. Naꝫ si elemēta essent itransmutabilia ꝑm
subām: vt ponebat Emp̄. nō esset vna materia eorū. ꝛ ꝯn̄t
nulla eēt alteratio: quia cōtrarietates nō trāsmutātur ad
inuicē. caliditas. n. nō fit friditas: neqꝫ ecōtra: sed q2 ē vna
materia horū trāsmutabiliū. illud qḋ est sub forma vni°:
efficiṫ postea sub forma alterius. L. c. li. (Hec eni) . s. elta
qualitatib° cōtrarijs (trāsmutanṫ adinuiceꝫ: nō vt Emp̄.
ꝛ alij dicūt. neqꝫ eni esset alteratio) si non esset vna mate
ria in elemētis ꝑm quā seīuiceꝫ substātialr̄ trāsmutarent
(cōtrarietates aūt non trāsmutantur) ¶ Notādū ꝙ sci
entie secanṫ: queādmodū ꝛ res. per Ar. 3°. de aīa. ꝛ diuersi
tas scientiarū speculatiuarū est ex diuersitate entiū ꝛ mo
dorū ꝯsiderādi. per eūdē. 2°. physicorū. ideo ex ordine trās
mutabiliū per phm̄ assignato in lr̄a cōcludiṫ ordo sciētie
naturalis ꝛ distinctio eiusdē ab oībus alijs scientijs. Ipsa
eni est scīa ꝛ est naturalis. in eo ꝙ scīa habꝫ statū in īfimo
vꝫ. in elemētis: cū nō possit descēdere ifra spēm specialissi
maꝫ: cū particulariū nō sit sciētia neqꝫ diffinitio per Ar.
8° metaphy. in eo aūt ꝙ naturalis habꝫ statū in supremo.
vꝫ. in corpore sensibili cū nō abstrahat a materia sensibili
neqꝫ ascēdat supra corpus sensibile. vnde ꝛ sic de isensibili
bus cōsiderat. hoc est iquantū illa ad sensibilia cōparanṫ
Physicus ergo ꝑmo cōsiderat de corpore sensibili in cōi.
scḋo de corpore sensibili habēte cōtrarietates. 3° de corpo
re sensibili taliū cōtrarietatū: qḋ est spēs specialissima: vt
de igne ꝛ aqua: terra ꝛ aere. Et sicut tota scīa naturalis hꝫ
suos terminos. ita ꝛ hec partialis que dr̄ liber de gn̄atiōe
Nā ꝑmū consideratū in hac scīa non est corpus sensibile:
sed est corp° sensibile potētia ad ꝯtrarietates. cū specialis
ri mō cōsideret liber iste q̄̄ tota scīa naturalis. 2ᵐ conside
ratuꝫ in hac sciētia particulari scīa est corp° sensibile actu
iformatū differētijs cōtrarijs. po° eni precedit actū in re
bus generabilib° ꝛ corruptibilib°. 3ᵐ consideratū hic ē cor
pus sensibile iformatū talibus qualitatib° contrarijs. vꝫ.
ad quas seqtur esse ignē aut aquaꝫ: aut aliquod aliud spe
ciale elemētuꝫ. vnde sicut homo constituiṫ ex corpore tā
q̄̄ ex subiecto: ꝛ ex aīa tāq̄̄ ex forma. Ita ꝛ elm̄ vt est acti
uum ꝛ passiuū. constituiṫ ex corpore sensibili ꝙ est po° ad
cōtrarietates tāq̄̄ ex subiecto: ꝛ ex ipsis cōtrarietatibus
tāq̄̄ ex differētijs formalibus. iō sicut ꝑus cōsideraṫ cor
pus q̄̄ aīa: ꝛ anima q̄̄ hō. ita ꝑus in hac sciētia ꝯsideratur
corpus sensibile potētia ad cōtrarietates q̄̄ ꝯsiderentur
ipse ꝯrietates vt sunt drīe formales: ꝛ ꝑus ꝯsiderantur: vt
sunt differentie formales q̄̄ considerentur ipsa elementa
in speciali.

Dubitatur

circa ꝯclōnē. quo mō est po/e qualita
tes cōtrarias esse ꝑncipia formalia: aut differētias forma
les ipsorū elemētoruꝫ. cū elemēta sint substātie ꝛ qualita
tes cōtrarie sint accidētia. ¶ Rn̄detur ꝙ nō icōuenit ali
quid esse de rōne alicuius vno mō. ꝛ nō de rōne eius alio
mō. Nā color est de rōne magnitudinis in eo ꝙ visibilis:
sed nō est de rōne magnitudinis in eo ꝙ magnitudo. Nō
eni diffiniṫ magnitudo per colorē: sed magnitudo visibi
lis bene diffinitur per colorē. cū hec sit in scḋo modo dicē
di per se. color est visibilis. per Cōment. 2°. de anima. Cō
similr̄ diciṫ in proposito ꝙ qualitates cōtrarie lꝫ non sint
de rōne elementoruꝫ in eo ꝙ substātie sunt: tamē sunt de
rōne illorū iquātuꝫ habēt esse naturale ꝛ sensibile. ꝛ inq̄̄
tum sunt iuicem actiua ꝛ passiua. ꝛ iquantū cadūt sub ra
tione physica. Primo quideꝫ qualitates cōtrarie sunt de
rōne elementorū iquantū habēt esse naturale. Nā elemē
ta vt sunt actu in rerū natura nūq̄̄ separantur a qualitati
bus ꝑmis. imo si expoliareṫ penit° natura alicui° elemen
ti qualitatib° ꝑmis non vlterius salnareṫ natura illa: ꝑm
ꝙ ifra apparebit. vt si natura ignis expoliareṫ a calido ꝛ a
sicco nō vlterius maneret natura ignis. qḋ nō esset nisi ca
liditas ꝛ siccitas aliquo mō eēnt de rōne ignis. vꝫ. vt ē in
effectu: ꝛ vt habꝫ esse nāle. ¶ Scḋo qualitates contrarie
sunt de rōne elemētorū: vt habēt esse sensibile ꝛ percepti
bile a sensu tactus. dicit. n. phūs. 2. de anima. ꝙ elementa

per se imutant sensum tactus. sed nō imutant sensuz tact⁹ in eo q̄ sunt substātie: quia substātia sentit̄ per accñs ẜm phm ibidez. igr̄ imutant sensuz tactus inquātum icludūt qualitates tāgibiles. cōstat aūt qualitates tāgibiles eē cōtrarias. ¶ 3°. qualitates cōtrarie sunt de rōne elemētoruz iquantū sunt actiuo ⁊ passiua. actio enī ⁊ passio sunt ratiōe contrarietatis. vt patuit p̄mo huius: sed substātie nihil est contrariū: vt habz videri in p̄dicamētis. ⁊ .5. physicorum. igit̄ elemēta in eo q̄ sunt substātie non agūt neq̄ patiunt̄ inuicem: sed in eo q̄ sunt qualia qualitatib⁹ contrarijs. propterea dr̄ in lib. de sensu: q̄ ignis non agit iquantuz ignis: sed iquantū calidus. ¶ 4°. qualitates cōtrarie sunt de ratione elementorū. iquantū considerant̄ a phyco. Nā physicus non cōsiderat elemēta ẜm suuz esse sbale: quia illa cōsideratio est me^ti: sed cōsiderat illa ẜm esse trāsmutabile: vt declarat Ar. 2°. physicorū. sed nō est possibilis transmutatio obsq̄ qualitatibus cōtrarijs. igit̄ ⁊c. Fiat ergo B argumentuz. omne qd̄ est de rōne alicui⁹ est p̄ncipiuz formale illius: si nō est p̄ncipiū materiale eiusdē: sed qualitates 2rie sunt de rōne elementoꝝ: vt pbatum est: ⁊ nō sunt materialia p̄ncipia illorū: vt potuit in altero caplo. igr̄ sūt p̄ncipia formalia eorūdem.

¶ Sed nōminus erit corporis qualia ⁊ quāta dicendū pricipia. Alij qdem enī supponentes vtūtur ⁊ non dicunt quare aut hec aut tanta.

7 ¶ Quoniā igitur querimus corporis sensibilis pricipia: hoc autē est tangibile. Tangibile autē cuius est sensus tactus.

¶ Tertia 2clo. qualitates 2trarie tangibiles sunt p̄ncipia formalia elementoruz. probat̄. illa sunt p̄ncipia formalia elemētoruz per que cognoscunt̄ elemēta: sed per qualitates contrarias tāgibiles cognoscunt̄ elemēta. igr̄ ⁊c. tenet 2ña cū maiori: quia eadē sunt p̄ncipio essendi ⁊ cognoscendi: vt pbatur. 2. metaphyce. ⁊ 2. posteriorū: sed minor declarat̄ supponēdo p̄mo q̄ ad cognitionē elemētoꝝ nō sufficit cognoscere quali^tes contrarias in cōmuni: sicut faciūt quidā supponētes sua p̄ncipia. ⁊ vtunt̄ eis nō dicētes causam ppter quā illa sunt p̄ncipia: ⁊ quare sunt tanto ⁊ non plura neq̄ pauciora: sed opz cognoscere in speciali q̄ sunt ille quali^tes contrarie: ⁊ quot sunt ille que sunt p̄ncipia formalia elementoꝝ. Secūdo supponit̄ q̄ in hac scia speciali que est de generatione liber: nos querimus p̄ncipia corporis sensibilis: ⁊ non cuiuscūq̄ corporis sensibilis: qr nō p̄ncipia celi: sed corporis sensibilis qd̄ est tangibile. Neq̄ hic querim⁹ p̄ncipia corporis tangibilis modo mathematico: vt tāgibile est. sed vt tangibile modo naturali. vz. sensu tactus. Istis presuppositis argr̄ sic. per illa cognoscunt̄ elemēta que ꝓprie ⁊ per se imutant sensum tactus per secundā suppositionē: sed quali^tes contrarie tangibiles per se ⁊ ꝓprie imutant sensum tactus: vt demōstrat̄. 2. de anima. igit̄ per quali^tes contrarias tangibiles cognoscunt̄ elementa. qd̄ fuit minor principalr̄ probāda. L.e. lr̄az (Et nō minus corporis) elemētaris (qualia ⁊ quāta) ẜm numerum (dicendū pncipia) formalia (alij enī supponētes) sua pncipia (vtunt̄) eis (⁊ non dicūt quare) .i. cām propter quā (aut hec aut tanta) sunt illa p̄ncipia. hec ē prima suppositio ad quā sequit̄ secūda (quoniā igit̄ querimus sensibilis corporis principia. hoc aūt est tangibile: tangibile aūt cui⁹ est sensus tactus) ideo 2ria tangibilia sunt formalia p̄ncipia elemētorum.

Dubitatur probando q̄ hec scia de gn̄ōne considerat p̄ncipia cuiuscūq̄ corporis sensibilis: quia hec scia considerat māā ⁊ formā que sunt p̄ncipia cuiuscūq̄ corporis sensibilis. ¶ Respondet̄ q̄ hec scia non cōsiderat de materia absolute: neq̄ de mā vt est pars corporis mobilis sensibilis vel naturalis: neq̄ de materia vt est subm motus: sed considerat de mā: vt est subiectuz motus ad formaz. Consimilr̄ dicat̄ de forma: q̄ nō considerat de illa vt est forma: neq̄ vt est pars alicuius: sed considerat de ea vt est terminus trāsmutatōis. ¶ Itē lz materia ⁊ forma substātialis sint p̄ncipia cuiuscūq̄ corporis sensibilis. nō tamē in eo q̄ sensibile: sicut enī nō bene dicit̄ q̄ materia ⁊ forma substāntialis sunt p̄ncipia musici: sed tm̄ homo ⁊ musica: vt testat̄ phus. 2°. physicoruz. Ita nō bene dr̄ q̄ materia ⁊ forma sunt p̄ncipia corporis sensibilis: vt sensibile est. sed ipm corp⁹ ⁊ ipsa qualitas sensibilis: eo mō quo dicimus hominē ⁊ albedinē eē p̄ncipia hoīs albi: ignis igr̄ ab^le ⁊ subalr̄ sumpti principia sunt materia ⁊ forma. sed ignis in eo q̄ calidus p̄ncipia sunt ignis ⁊ caliditas: quoniā ignis calidus diffinitur per ignē ⁊ caliditatem.

Sed forte arguitur sic. p̄ncipia substantie sunt substātie. per Ar. p̄mo physicoꝝ. sed ignis calidus ē substantia. igr̄ p̄ncipiū ignis calidi nō est caliditas: pz 2ña: quia caliditas est accidēs ⁊ nō sbā. ¶ Dōm negādo 2ñam: quia ex vna ꝓpōne per se. ⁊ alia per accidēs. nō sequit̄ ꝓpositio per se: constat autē tā maiorē cōclusionē esse per se. minorem vero per accidēs: qm̄ accidit igni in eo q̄ est calidus esse substantiā: sed in eo q̄ est calidus ē per accñs in 2creto. ⁊ ens per accñs. vz. compositū ex subiecto ⁊ accñte.

¶ Manifestuz quoniam nō omnes contrarietates corporis species ⁊ principia faciunt: sed solū que ẜm tactuz ⁊ secundū enim contrarietatez differūt: ⁊ ẜm tangibilē contrarietatez. iō neq̄ albedo ⁊ nigredo: neq̄ dulcedo ⁊ amaritudo. similr̄ autē neq̄ aliarū contrarietatū aliqua facit elementum.

¶ Quarta 2clo. qualitates 2trarie non tangibiles nō sunt p̄ncipia formalia elementorū. probat̄. tm̄ contrarietates sensibiliū tactus sunt p̄ncipia formalia elementorū. ergo 2clo vera. pbatur antecedēs: tm̄ ille contrarietates sunt p̄ncipia elemētoruz qbus elemēta differūt. sed tm̄ cōtrarietatibus sensibiliuz tactus elemēta differūt. igr̄ ⁊c. p̄ma pars añis est nota: quia eadē sunt p̄ncipia essendi ⁊ distinguendi. scda vero pars añis pbatur ex eo: quia cōtrarietates aliorū sensibiliū a sensu tactus nō inueniuntur in elemētis: cū in illis nō sint colores nec sapores: neq̄ odores: neq̄ soni. cōtrarietates autē tangibiliū semper inueniūtur in elemētis taz p̄me q̄ scde cū nō separent̄ elemēta a caliditate ⁊ frigi^te: humiditate ⁊ siccitate: grauitate ⁊ leuitate: dēsitate ⁊ rari^te. Ex predictis pz: quare albedo ⁊ nigredo: dulcedo ⁊ amaritudo. ⁊ alia cōtrarie aliorū sensibilium a sensu tactus nō sunt p̄ncipia formalia elementoꝝ: qr p̄ncipia formalia essendi sunt principia formalia distinguēdi. cōstat autē elemēta talib⁹ cōtrarijs nō distingui. L.e. lr̄az. (Manifestuz quoniā non omnes 2trarietates corporis) sensibil' (spēs) .i. differentias specificas (⁊ p̄ncipia) formalia (faciūt: sed soluz que secundū tactuz ⁊ ẜm contrarietatem eniz differūt: ⁊ secundū tangibilē contrarietatē. ideo neq̄ albedo neq̄ nigredo: neq̄ dulcedo ⁊ amaritudo. similiter autē nec aliaruz sensibiliuz contrarietatuz aliqua facit elemēta) tanq̄ formale principiū: aut formalis differentia illorum.

¶ Quāuis prior visus tactu: quapropter ⁊ subiectuz prius. Sed nō est corporis tangibil' passio secundū q̄ tangibile: sed ẜm aliud ⁊ si contingat natura prius.

¶ Sz posset aliqs cauillare dicens. visus est ꝑor tactu. igr̃ obiectum visus est ꝑus obiecto tactus: pz ꝯña: quia talis est ꝓportio obiectoꝝ inuicem qualis est ꝓportio potentiarũ: cũ igr̃ obiectũ visus sit qualitas visibilis. ⁊ obm̃ tactus sit q̄litas tangibilis. sequit̃ ꝙ qualitas visibilis ꝑor sit q̄ qualitas tangibilis. igit̃ nullibi reperitur qualitas tangibilis quin ibi reperiatur qualitas visibilis. ¶ Respõdet phs ꝙ obiectũ visus non ē passio corporis tãgibilis fm̃ ꝙ tangibile. sed fz ꝙ visibile: ⁊ quia obiectũ visus nõ iest omnibus corporibus tãgibilibus: sed solũ corporib⁹ solũ visibilibus. igr̃ si visus est aliquo mõ prior tactu: ⁊ obiectũ visus obiecto tactus: non tamē oportz qualitatem visibilez esse vbicũqz est qualitas tangibilis: quia talis ꝑoritas est ꝑoritas tm̃ per accidēs: cũ non sit nisi prioritas perfectionis ⁊ dignitatis: que accidit corpori: vt tangibile est: cuius principia querimus. Te. c. li. (Quãuis prior sit visus tactu: quapropter ⁊ subiectũ ꝑus (.i. obiectũ) (sed non est corporis tãgibilis passio fm̃ q̄ est tãgibile) obm̃ visus (sed fm̃ aliud) .s. fm̃ ꝙ visibile (⁊ si cõtingit natura ꝑus) esse obiectum visus obiecto tactus: tamē quia talis prioritas alienatur a cõsideratione ista. ideo differētias visibilis nõ debemus dicere ꝓcedere differētias tangibiles. ¶ Notandum ꝑmo fm̃ Cõmen. cõmento 5°. ꝙ nos querim⁹ elemēta corporũ tangibiliũ. in eo ꝙ sunt tangibilia. hic. n. modus sensibiliũ cõmunis est omnib⁹ corporib⁹: quapropter differētie corporuz contrariorũ que sunt elemēta .i. ꝑncipia omniũ corporuz tangibiliuz sunt in hoc genere .s. in genere tãgibiliũ tm̃. nõ in alio sensu: quare differētie elemētorum h̃ sunt: neqz albedo neqz nigredo neqz dulcedo: neqz amaritudo. cũ hec cõtrarietas nõ cõmunicet omnib⁹ corporib⁹. Intendit Cõment. istaz rationē. ille qualitates sunt ꝑncipia elementorũ que competũt omnib⁹ generabilibus ⁊ corruptibilib⁹: sed tm̃ qualitates tãgibiles competunt oibus generabilibus ⁊ corruptibilibus. ergo tm̃ qualitates tãgibiles sunt ꝑncipio formalia elemētoꝝ. ¶ Itē ille qualitates que nõ competũt omnib⁹ generabilibus ⁊ corruptibilib⁹ nõ sunt differētie formales elemētoruz: sz qualitates visibiles ⁊ gustabiles. odorabiles ⁊ sonabiles non competũt omnib⁹ generabilibus ⁊ corruptibilib⁹. ergo nõ sunt differētie formales elemētoruz. ¶ Notãdum scđo fm̃ Cõmen. eodē cõmēto: ꝙ nõ potest aliqs dicere ꝙ cõtrarietas que est in visu est ꝑor cõtrarietate tactus. non eñ querimus in hoc loco prioritatē fm̃ finez ⁊ formã: sed fm̃ subm̃ ⁊ mãm que est ꝑoritas fm̃ naturã. Duplex est g̃ ꝑoritas fm̃ Cõmen. vz. simplr̃ ⁊ secũdũ qd. prioritas simpliciter est ꝑoritas eēndi. ⁊ h̃ dr̃ prioritas fm̃ materiam ⁊ fm̃ subz. Prioritas fm̃ quid est ꝑoritas perfectionis ⁊ dignitatis. ⁊ hec dr̃ prioritas fm̃ formaz ⁊ finez cõtrarietas igr̃ que est in visu est ꝑor contrarietate que est in tactu solum fm̃ qd. vz. ꝑoritate perfectionis seu forme ⁊ finis: cũ hec ꝯtrarietas sit alia perfectior ⁊ finis illius: ⁊ se habens per modũ forme respectu illius: sed ꝯtrarietas que ē in tactu est ꝑor cõtrarietate que est in visu: ⁊ hoc simplr̃. cũz h̃ cõtrarietas presupponat illaz: ⁊ paucioribus competat q̄ illa. visus etiã est ꝑor tactu solũ fm̃ quid. vz. ꝑoritate perfectionis: sed tactus est simplr̃ ꝑor visu .s. ꝑoritate essendi cũ sit fundamētuz visus: neqz possit īueniri visus sine tactu: bene autem tactus sine visu: vt est demrãtũ. 2. ⁊ 3. de aĩa.

Contra predicta

arguit̃. ⁊ ꝑmo ꝙ qualitates sensibiliũ aliorũ a sensu tactus sunt in elemētis: quia alr̃ terra in naturali dispositione non videret̃ ꝙ nõ haberet colorez: neqz esset possibile fieri imediate mixtũ coloratũ ex elemētis: quoniã albuz fit per se ex nigro. per Ar. ꝑmo physicorũ. ¶ Itē Arist. in lib. de coloribus dicit aquã esse albã. Et in lib. de sensu dicit eaz esse dulcez. ¶ Scđo arguit̃: ꝙ obiectũ visus est cõmunius q̄ obiectũ tactus: quoniã sub obiecto visus continetur lux ⁊ lumē. ꝯstat autē hec cõmunioꝛ esse: q̄ sint q̄litates tangibiles: cũz lux ⁊ lumē īueniantur in omnibus corporib⁹ tã superioribus q̄ iferioribus. qualitates autē tãgibiles nõ inueniuntur nisi in hoc mũdo iferiori. ¶ Itē phus ponit in lib. de sen. ꝙ omnia corpora colore participant. color autē est propriũ obiectuz visus. per eundez. 2° de anima. ¶ Tertio arguit̃ ꝙ qualitas visibilis ē simpliciter prior qualitate tangibili. Nam lux ⁊ lumē sunt qualitates visibiles: vt pz: ⁊ ꝙ sint priores simpliciter qualitate tangibili: quia sunt ꝑores simpliciter caliditate cũ sint causa caliditatis. ⁊ nõ ecõtra. nulla autē qualitas tangibilis est prior caliditate: vt patz per Arist. in sequēti caplõ. igitur ⁊c. ¶ Quarto arguit̃ ꝙ contrarietas visus est prior fm̃ naturaz contrarietate tactus: q̄ videtur negare Commētator: quia cõtrarietas visus est ꝑor fm̃ formaz cõtrarietate tactus fm̃ euz: sed forma est natura. imo magis q̄ natura. per Ar. 2° physicorũ. ⁊ 5° metaphysice. igitur ⁊c.

¶ Ad primũ dicitur negãdo ꝯsequētiã. vnde terra existēs in naturali dispositiõe videtur nõ ꝑ colorē propriũ qui est extremitas perspicui in corpore terminato: sed per colorē alienũ qui est lumē reflexũ: eo modo quo iam videt̃ aqua ⁊ aer. per phm. 2. de anima. Et lz elemēta non sint colorata: tamē ex illis fit imediate mixtũ coloratũ album vel nigrum. Et cũz dicitur. albũ fit ex nigro: verũ est ꝙ albuz fit per se. quãdo autez per accidēs non ītendit phs. nũc autē in casu illo albedo fit tm̃ per moduz sequele subito ⁊ non īdiuisibiliter. ⁊ nõ per motũ propriuz qui est per se albefactio. ¶ Itē nõ est īconueniens: colores: odores: ⁊ sapores īueniri per accidēs in elemētis. vz. ipsis existentib⁹ extra naturalē dispositionē: sed īcõueniēs tales qualitates per se īueniri in illis. vz. quando sunt in naturali dispositione.

¶ Ad scđm conceditur ꝙ obiectũ visus est cõmunius q̄ obiectũ tactus: nõ quidē cõmunitate predicatiõis: sed tm̃ causalitatis. quia ad plures se extēdit. obiectũ autē tactus: quia de pluribus predicat̃ q̄ obiectuz visus dicitur cē cõmunius cõmunitate predicatiõis. ⁊ ex hoc qualitas tangibilis. fm̃ ꝙ huius est cõmunior qualitate visibili sz ꝙ huius. Cũz dicitur omnia corpora colore participant: nõ accipitur ibi color ꝓprie: vt ē qualitas secũda ꝓueniēs ex mixtione omniũ. 4. qualitatũ ꝑmaruz: sed large ꝓ omni qualitate per se ⁊ proprie īmutatiua visus. ⁊ isto modo nõ proprie īuenitur ꝯtrarietas sub obiecto visus. ideo de tali colore nõ loquitur philosophus: sed de colore ꝓprie dicto q̄ est extremitas perspicui in corpore terminato. per Arist. in lib. de sensu. cui⁹ sunt cõtraria albedo ⁊ nigredo. ¶ Ad tertiũ dicitur ꝙ lz aliqua qualitas visibilis sit simpliciter ꝑor qualitate tangibili. hoc nõ est īquantum visibilis: neq̄ prioritate cõmunitatis ⁊ predicationis: sed tm̃ prioritate causalitatis: quia ad plura se extendit. Arist. tamen nõ loquit̃ de omni qualitate visibili: sed tm̃ de illa que ꝓuenit ex mixtiõe primariũ qualitatũ .s. caliditatis ⁊ frigiditatis: hũiditatis ⁊ siccitatis. ¶ Ad quartũ concedo ꝙ vtraq̄ illaruz cõtrarietatũ est altera ꝑor secundũ naturã. contrarietas enĩz visus est prior contrarietate tactus: prioritate forme ad materiã. Et contrarietas tactus est prior contrarietate visus prioritate materie ad formaz. Et sicut forma est magis natura q̄ materia. Ita contrarietas visus est magis prior secundũ naturaz contrarietate tactus q̄ ecõuerso: ex quo tamen non sequit̃ ꝙ sit tanta ꝑoritas contrarietatis visus q̄ sit cõtrarietatis tactus: ⁊ ꝙ eque simpliciter contrarietas visus est prior contrarietate tactus: sicut econtra. materia enĩz est simpliciter prior forma generabili ⁊ corruptibili. ⁊ tamen forma illa est magis ꝑma vel magis prior prioritate secundum naturam ipsa materia: quare ⁊c.

Ipſorum autem tangibilium diuidēdum que prime differentie ⁊ cōtrarietates. Sunt autem cōtrarietates ſm tactum he: calidum ⁊ frigidum: humidum ⁊ ſiccum: graue lene: durum molle: lubricū aridū: aſperū lene: groſſū ⁊ ſubtile.

¶ Iſtud eſt tertium capl'm huius tractatus in quo phūs ſeparat qualitates tangibiles que ſunt pncipia formalia elemētoꝝ a qualitatibꝰ tāgibilibꝰ que nō ſunt pncipia formalia elementoꝝ: ⁊ diuidit̄ in duas partes in quaꝝ pma pmittit vnā diſtinctionē de ɔtrarietatibꝰ qualitatū tangibilium. In ſcda vero exeqt̄ de itento. ibi. (Hoꝝ aūt). Diſtinctio eſt hec. qꝫ ſeptē ſunt ɔrietates qualitatum tāgibilium. Quarū pma eſt īter calidum ⁊ frigidū; ſecūda inter humidū ⁊ ſiccū. tertia īter graue ⁊ leue. quarta iter durū ⁊ molle. qnta īter lubricū ⁊ aridū. ſexta iter aſperū ⁊ lene ſeptima iter groſſum ⁊ ſubtile. i. īter rarum ⁊ denſum. Et huius diſtinctionis per numerū ſeptenariū pōt eſſe iſta ratio. qꝛ Ar. 2°. de aīa cuilibet ſenſui exteriori appropriat vnam ɔrietatē pmā pterqꝫ ſenſui tactus cui appropriat duas cōtrarietates pmas. Uiſus eni nō hꝫ niſi vnam cōtrarietatē pmā que eſt īter albuꝫ ⁊ nigrum. Et guſtus tm̄ vnam ɔtrarietatem que eſt iter dulce ⁊ amarū: odoratus ɔſiter habet cōſimilē ɔrietateꝫ pmam: qꝛ noia odoꝝ accipiunt̄ a noibus ſapoꝝ: vt declarat Ar. ibi ppter malā hominis compꝛhenſionē odoris. Auditus aūt habet tm̄ etiā vnā contrarietatē pmam que eſt iter ſonum grauem: ⁊ ſonum acutū. ſed ſpecies coloꝝ ⁊ ſapoꝝ ſunt ſeptem: vt habetur in eodem. 2° de anima. quia dantur duo extrema ⁊ vnum medium. deinde dant̄ duo ex qualibet parte: quorum vnum appropinquat extremo: ⁊ alterum appropinquat medio. verbi gratia. Album ⁊ nigruꝫ ſunt extrema: ⁊ rubeum eſt medium īter illa. modo īter albuꝫ ⁊ rubeū datur vnus color qui eſt ppinquior albo qꝫ rubeo. ſ. palidum: ⁊ vnus alius qui eſt propinquior rubeo qꝫ albo. vz. fuſcum. Cōſimiliter iter nigrum ⁊ rubeū dant̄ duo colores quoꝝ vnus eſt imediatius nigro. vz. azurium: et alter īmediatius rubeo. ſ. viride. Fiat ergo hoc argumētū cuilibet cōtrarietati pme alicuius ſenſus exterioris correſpōdent ſeptem ſpecies; ſed due ſunt cōtrarietates pme ſenſus tactus. ſ. calidi ⁊ frigidi: humidi ⁊ ſicci. vt pbatur 2°. de anima. igr̄ ſenſui tactus correſpondēt. 14. ſpecies tangibiliū: ſed. 14. ſpēs faciunt ſeptē contrarietates. cuꝫ omnis cōtrarietas ſit duoꝝ extremoꝝ: vt probat̄ in poſtpredicamētis. igr̄ tm̄ ſunt ſeptē ɔtrarietates qualitatū tangibilium. Le. ſraꝫ. (Ipſorū autē tangibiliū diuidendū) eſt genus ⁊ oſtendēdū (que prime differētie ⁊ contrarietates) ſunt illorū (ſunt autē contrarietates ſm tactuꝫ he calidū frigidū: humiduꝫ ſiccū: graue leue: durū molle: lubricum aridū: groſſum ſubtile) ¶ Notandū qꝫ probatio facta de numero ſeptenario contrarietatū tāgibiliuꝫ ex contrarietatibus alioꝝ ſenſuū a ſenſu tactus nō eſt demōſtratiua. ſed tm̄ ſuaſiua: neqꝫ dicit omnimodā ſimilitudinē: quoniam īter calidū ⁊ frigidū: aut iter humiduꝫ ⁊ ſiccū non dantur ſpecies medie nominatoꝝ tangibiliū: ſicut iter albū ⁊ nigruꝫ: dulce ⁊ amarū: quīa ex mixtiōe calidi cū frigido: aut humidi cuꝫ ſicco non reſultāt alie ſpecies tangibiliuꝫ: ſicut ex mixtiōe albi cum nigro: vel dulcis cuꝫ amaro reſultāt alie ſpecies colorū ⁊ ſaporuꝫ: ſicut īfra videbit̄. non etiā omnes qualitates tāgibiles percipiuntur tm̄ a ſenſu tactꝰ: ſicut omnes colores a viſu: ⁊ omnes ſapores a guſtu: imo graue ⁊ leue: aſperū ⁊ lene: ⁊ alia preter calidum ⁊ frigiduꝫ: humidū ⁊ ſicciuꝫ: percipiūtur etiaꝫ ab alijs ſenſibus cū ſint ſenſibilia cōmunia.

Sed dubitatur. ſi graue ⁊ leue aſperū ⁊ lene: ⁊ huiuſmodi pcipiuntur a viſu ſicut a tactu: quare magis dicūtur qualitates tāgibiles qꝫ viſibiles. ¶ Rūdet̄ qꝫ iō dicunt̄ qualitates tangibiles: ⁊ non viſibiles: quia ſequunt̄ qualitates tāgibiles ⁊ nō viſibiles. que ſunt ppria obiecta tactꝰ. ſ. calidum ⁊ fridum: humidum ⁊ ſiccum: nō autem ſequunt̄ obiecta ppria aliorū ſenſuum: graue. n. iſequit̄ frigidū: ⁊ leue calidū: aſperū cōſequit̄ ſiccū: ⁊ lene humiduꝫ vt videbit̄.

¶ Horum autem graue quidem ⁊ leue: neqꝫ actiua neqꝫ paſſiua. non enim in faciēdo aliqd aliud: neqꝫ in patiendo ab alio dicunt̄. Oportet autem actiua inuicem ⁊ paſſiua eſſe elemēta: miſcent̄. n. ⁊ trāſmutant̄ adinuiceꝫ.

¶ Iſta eſt ſecunda pars huiꝰ capituli in qua philoſophus pmiſſa diſtinctione de cōtrarietate qualitatū tangibiliuꝫ exeqtur de intēto per. 4. cōcluſiones. quaꝝ pma eſt hec. graue ⁊ leue non ſunt pncipia formalia elemētoꝝ. ſecūda ɔcluſio. calidū ⁊ frigidum: humidū ⁊ ſiccum ſunt formalia pncipia elemētoꝝ. ibi (Calidū auteꝫ). 3ª cōcluſio qualitates tangibiles aliarū cōtrarietatū nō ſunt pncipia formalia elemētoꝝ. ibi (Subtile aūt) 4ª cōcluſio. nō quodlibet humiduꝫ ⁊ quodlibet ſiccum ſunt pncipia formalia elemētoꝝ. ibi (Dicit̄ aūt ſiccum). Prima ɔcluſio arguit̄ ſic. pncipia formalia elemētoꝝ debēt eſſe inuicē actiua ⁊ paſſiua: ſed graue ⁊ leue nō ſunt inuicē actiua ⁊ paſſiua. igr̄ graue ⁊ leue non ſunt pncipia formalia elemētoꝝ. pꝫ ɔñā cum maiori ex eo quia elta ſunt īuicē actiua ⁊ paſſiua cū miſceant̄. ⁊ ſe adinuiceꝫ trāſmutent. vt videbit̄ tractatu 2°. minor autem eſt euidens: qꝛ graue nō generat grauitatem: nec leue leuitatē. ſtante. n. debita applicatiōe grauis ad leue: nec graue agit in leue: neqꝫ patit̄ ab illo. nō. n. grauitas remittit leuitatē: neqꝫ remittit̄ ab illa. Le. li. (Horum autem graue quidem ⁊ leue nec actiua nec paſſiua) ſunt inuicem. (nō enim ī faciēdo aliqd aliud) īter ſe (nec in patiēdo) vnū coꝝ (ab alio dñr: oꝫ aūt actiua ⁊ paſſiua adinuicē eſſe elemēta: miſcent̄. n. ⁊ tranſmutāt̄ inuicem)

¶ Notādum qꝫ graue ⁊ leue agit ⁊ patitur non qdē actiōe ⁊ paſſiōe ppꝛie dicta que fundatur in motu alterationis: ſed actione ⁊ paſſione fundata in motu locali: quoniā taꝫ graue qꝫ leue diuidit medium ⁊ in ſe facit motum localē: ⁊ ſi ad grauitatem ⁊ leuitatē eſt per ſe motus alteratiōis ſicut ad caliditatem ⁊ frigiditatē: non tamē ſe inuicē trāſmutant per alterationem: graue ⁊ leue: ſicut calidū ⁊ frigidum: qꝛ calidum ⁊ fridū ſunt qualitates pme: nō autē graue ⁊ leue ad albedinē ⁊ nigredinē eſt per ſe alteratio. non tamen albedo ⁊ nigredo ſe inuicem tranſmutāt. ſed ītēdunt̄ ⁊ remittunt̄ p itēſionē ⁊ remiſſionē ſuaꝝ cauſaꝝ.

¶ Calidum enim ⁊ frigidum humidum ⁊ ſiccum: hec quidem quia actiua ſunt: hec autem quia paſſiua dicuntur. Calidum eniꝫ eſt quia congregat homogenea. Segregare enim qđ inquiunt facere ignem: congregare autem eſt que eiuſdem tribus: contingit enim extollere alienigena. Frigidum autem quod contingit ⁊ congregat ſimiliter ⁊ ſingenea ⁊ non eiuſdem tribus.

¶ Secunda concluſio. calidum ⁊ frigidum humidum et ſiccum ſunt pncipia formalia elemētoꝝ. pbatur. qualitates de ſe actiue aut paſſiue ſunt pncipia formalia elemētorum: ſed calidum ⁊ frigidū ſunt de ſe actiua: humidum autem ⁊ ſiccum ſunt de ſe paſſiua. igit̄ ⁊c. tenet ɔña cum

maiori.quia elementa sunt de se actiua ⁊ passiua. ⁊ minor declaratur. p̄mo quidem ꝙ calidum ⁊ frigidum sunt de se actiua:quia calidum de se habet congregare homogenea:⁊ segregare etherogenea:dicūt enim sapientes ignez congregare ea que sunt eiusdem tribus:⁊ extollere alienigeno. i. calidum contingere ea que sunt eiusdem rationis:⁊ separare ea que sunt diuersarum rationum:frigidū autem congregat tam ea que sunt eiusdem rationis q̄z diuersarum rationum. Et ratio omnium istorum ē isto. Nā calidum calefaciendo rare fit:⁊ rarefaciēdo quicquid est ibi subtile eleuatur,⁊ vaporat. ideo dicitur congregare homogenea: quia grosso ⁊ grauia relinquit deorsum: leuia autem ⁊ subtilia facit ascendere sursum: quia ergo calor contingit leuia leuibus. ⁊ grossa relinquit cum grossis: ꝓpterea dicitur congregare homogenea;⁊ segregare etherogenea:frigidum autem constipat ⁊ constringit: tam ea que sunt homogenea q̄z etherogenea: cum non separet subtilia a grossis:sed ea simul coagulat. Le.li.(Calidum autem ⁊ frigidum siccum ⁊ humidum)sunt principia formalia elementorum (hec quidem actiua sunt).s.calidū ⁊ frigidum(hec autem passiua dicuntur). vz.humidum ⁊ siccum(calidum enim est qđ congregat homogenea.segregare enim)est illud(Quod inquiunt)sapientes facere ignem(congregare autem est).i.contingit calidum ea (que eiusdem tribus)sunt.i.eiusdem rationis(contingit enim extollere).i.extra tollere ⁊ remouere(alienigeno).i.ea que sunt diuersarum rationum (frigidum autem contingit ⁊ congregat similiter).i.vniuersaliter(et singenea).i.eiusdem rationis(et non eiusdem tribus).i.nō eiusdem rationis.

9 ¶ Humidum enim indeterminatū ꝓprio termino bene terminabile ens alieno:siccū aūt bene terminabile proprio termino:difficulter autē terminabile alterius.

¶ Deinde arguit philosophus ꝙ humidum ⁊ siccum sunt de se passiua:quia humidum est illud quod non est bene terminabile termino ꝓprio:sed bene alieno.siccū autē ē illud qđ est bñ terminabile termīo ꝓpo:⁊ difficulter est terminabile termīo alieno:sʒ termiāre termīo ꝓprio vel alieno dicit passibilitatē.ergo humidū ⁊ siccū sunt de se passiua. Ratio autē quare humidū terminatur termino alieno est:quia ꝓpter instabilitatez suorū partiū fluit ⁊ refluit:ideo recipit terminationē ⁊ figuras a cōtinēte sm̄ ꝙ apparet in omni humido:siue cōiūgatur frigido siue calido. Aqua enī ⁊ aer.vinū ⁊ oleū terminātur termino cōtinētis.ipsū aūt siccū.⁊ maxime si fuerit cōiūctū frigido ꝓpter partes bene compactas terminatur termino ꝓprio: quia nō fluunt nec refluūt:vt apparet in terra:lapidibꝰ ⁊ metallis. Le.lram(Humidū autē īdeterminatū ꝓprio termino est bene terminabile ens)termino(alieno.siccum autē bene terminabile ꝓprio termino.difficulter autem terminabile alterius)termino.

Dubitatur cōtra conclusionez.quia sicut agit caliditas in frigiditatez.⁊ ecōtra.ita humiditas in siccitatez.⁊ ecōuerso.igitur si calidū ⁊ frigidū sunt qualitates actiue.per idez humidū ⁊ siccū sunt qualitates actiue.Deinde sicut humiditas patiť a siccitate:⁊ ecōtra.ita caliditas patitur a frigiditate.⁊ econuerso.igiť si humidum ⁊ siccum sunt qualitates passiue.per idez calidū ⁊ frigidum sunt qualitates passiue.quelibʒ istarum cōsequentiarū de se tz.aūtia aūt sunt probata p̄mo lib.tractatu de actiōe ⁊ passione.Et pro expositiōe lr̄e Aris. sunt plures modi dicendi.Quorū p̄mus est.ꝙ ideo calidum ⁊ frigidū sunt qualitates actiue:humidū vero ⁊ siccū sunt qualitates passiue:quia caliditas ⁊ frigiditas per se agunt in humiditatē ⁊ siccitatez.nō autē econuerso. Et ꝙ istud sit verū.ostendiť experiētia. Nā calor solis ⁊ ignis resoluendo humiditatē desiccāt.ecōtra vero frigiditas noctis humectat corrumpēdo siccitatez.videmus etiā aerē tempore estiuo desiccare:nō quidez per suaz humiditatez ꝓpter contrarietatez.igiť ꝓpter suam caliditatem. ¶ Contra istam expositionē arguitur.nam omnis actio proprie dicta est ratione contrarietatis:sed caliditas ⁊ frigiditas nō per se cōtrariantur humiditati ⁊ siccitati.igitur caliditas ⁊ frigiditas non per se agūt in humiditatē ⁊ siccitatē. Tenet ꝯña cum maiori ex determinatione Ar.⁊ Comen. p̄mo huius.tractatu de actione ⁊ passione:minor autē est euidens:quia aliter vnum per se cōtrariaretur multis.cōtra philosophū p̄mo ce.⁊ ꝯño patet:quia caliditas per se contrariaretur frigiditati ⁊ humiditati:frigiditas vero caliditati ⁊ siccitati. Item caliditas stat cum valde intensa siccitate in igne:⁊ in aere cum summa humiditate: frigiditas autem stat cum intensa humiditate in aqua:⁊ cum siccitate summa in terra.igitur caliditas ⁊ frigiditas non per se contrariantur humiditati ⁊ siccitati. Et ad experiētiam dicitur ꝙ caliditas nō per se corrumpit humiditatē neqʒ frigiditas siccitatem.sed tm̄ per accidēs. Nam sol seu ignis inducēs caliditatē in materiam humidam generat leuitatem faciētem partes humidas subtiles euaporare:grossas autem siccas ⁊ terrestres manere:⁊ isto modo dicitur desiccare:frigiditas autem noctis nō humectat per se:sʒ dicitur humectare inquātū illi est cōiuncta influentia celi humectatiua. Sūt igitur tēpore noctis due influētie celi quarū vna per se frigefacit:⁊ altera per se humectat. ¶ Itē aer existens in naturali dispositione non desiccat:sed tm̄ existens extra naturalem dispositionem habēs siccitatē multam ꝯiunctam caliditati:aut quia illi sunt permixte exalationes terrestres calide ⁊ sicce:que quidem per suā siccitatem desiccāt:⁊ nō per suam caliditatem. Non igiť in casu isto aer desiccat:sed exalationes desiccant: crediť tamen aerem desiccare:quia tales exalationes sensu nō apparent. ¶ Secūdus modus dicēdi est.ꝙ ideo calidum ⁊ frigidum dicunť qualitates actiue:humidum vero ⁊ frigidum qualitates passiue:quia caliditas ⁊ frigiditas sunt maxime actiuitatis ⁊ minime resistētie:humiditas autē ⁊ siccitas:sunt maxime resistētie ⁊ minime actiuitatis:nō sic intelligendo ꝙ caliditas ⁊ frigiditas sunt maioris actiuitatis q̄z ipsemet sint resistentie:aut ꝙ humiditas ⁊ siccitas sunt maioris resistentie q̄z ipsemet sint actiuitatis:cū in qualibʒ qualitate actiua ⁊ passiua tāta sit latitudo actiuitatis:quāta resistētie:alioquin per vniformem deperditionem vtriusqʒ latitudinis staret aliquam qualitatem p̄mā esse actiuam:⁊ nō resistitiuaz:vel ecōtra:qđ est impassibile:sʒ caliditas ⁊ frigiditas dicuntur esse maxime actiuitatis ⁊ minime resistentie per respectum ad humiditatez ⁊ siccitatem:humiditas autez ⁊ siccitas dicunť maxime resistētie ⁊ minime actiuitatis per comparationē ad caliditatē ⁊ frigiditatem. ¶ Sed ista expositio videť implicare:quia si caliditas ⁊ frigiditas sunt minime resistentie.igitur sunt qualitates maxime passibiles:⁊ si humiditas ⁊ siccitas sunt maxime resistētie:igitur sunt minime passibiles. Et patet ꝯña per Ar.p̄mo huius tractatu de mixtione di.ꝙ es nō bene pāt misceri stanno:quia stannum est bene passibile ꝓpter modicaz resistentiam:es autem est male passibile ꝓpter multam resistētiam. Si igiť vbi est minor resistentia ibi est maior passibilitas.⁊ vbi est maior resistentia ibi est mīor passibilitas.sequitur ꝙ caliditas ⁊ frigiditas debent dici patius qualitates passiue q̄z humiditas et siccitas. ¶ Item si tanta est resistentia caliditatis q̄ta est sua actiuitas:sequitur ꝙ frigiditas summa non posset agere in caliditatem summam cuius oppositum est probatum

pmo hulus.⁊ patet ꝯña.quia tanta:vel maior esset resistētia q̄ actiuitas.¶ Tertius modus dicēdi est ꝙ ideo calidum ⁊ frigidum sunt qualitates actiue:humidum autez ⁊ siccum sunt qualitates passiue:quia calidum ⁊ frigiduz sunt maioris actiuitatis q̄ resistentie:econtra aūt humidum ⁊ siccum sunt maioris resistentie q̄ actiuitatis.videmus enim caliditatem ignis ⁊ frigiditatē aque multū ledere:⁊ cito corrūpi.econtra antē humiditas aeris: ⁊ siccitas terre paruz leduntur:⁊ tarde corrumpūtur.vnde de siccitate habetur experiētia:quoniā si fundatur aqua guttatim super mappaz siccaz experimur siccitatē ꝓhibere aquaz per magnū tempus.vz.a motu deorsum: ⁊ a motu humectationis. Ista respōsio potest improbari sicut precedēs: qm̄ nihil dicit̄ magis passiuū propter multitudinez resistentie:sed ꝓpter paucitatē.si igitur calidū ⁊ frigiduz modicū resistūt.humidū autez ⁊ siccū multuz resistunt:magis debēt dici passiua calidū ⁊ frigiduz q̄ humidū ⁊ siccuz.¶ Preterea seqtur ꝙ hūiditas ⁊ siccitas nō possent inuicez agere.quia maior esset resistentia q̄ actiuitas. in omni enim actione comparatur actiuitas resistētie ⁊ non actiuitas actiuitati nec resistentia resistentie:⁊ sequitur consequenter ꝙ aqua guttatim cadens super mappam nunquam debet humectare mappam.⁊ cōsequenter nūquam moueri deorsum per mappam quorum quodlibet est contra experientiaz:⁊ patet consequētia:quia cōtinue humiditas aqua est minoris actiuitatis q̄ siccitas mappe sit resistentie. Neqꝫ ista experientia aut aliqua alia probat siccitatem esse maioris resistentie q̄ ipsamet sit actiuitatis:sed solum probat ipsam esse maxime resistentie comparando eaz ad oēs alias qualitates p̄mas.¶ Quartus modus dicendi est ꝙ ideo calidūz ⁊ frigidū sunt qualitates actiue:quia vtrūqꝫ agit in reliquum:humiduz aūt et siccum sunt qualitates passiue:quia tm̄ patiuntur:non autem agunt.sic ꝙ humidum non agit in siccuz neqꝫ ecōtra. Lapis enim marmoreus frigidus ⁊ siccus.iuxtapositꝰ aque non desiccat illam:neqꝫ illa humectat lapidez. non igitur agunt inuicem humidum ⁊ siccum:sed patiuntur ⁊ corrumpunt̄ per accidens ad corruptionē caliditatis ⁊ frigiditatis:sic etiam per accidens generant̄ ad generationem illarū.¶ Hec expositio repugnat determinationi philosophi di. ꝙ humidū ⁊ siccuz sunt differētie formales:seu p̄ncipia formalia elemētorum:quia sunt inuicem actiua et passiua. Unde ex igne fit immediate aer:⁊ ecōtra per Arist.in hoc secūdo.Sed certuz est ꝙ hoc fieri non potest nisi per actionem humiditatis in siccitatem ⁊ ecōtra.ex qua etiaz ⁊ igne fit aer ⁊ terra: per Arist.in loco allegato:si fit aer necesse est ꝙ caliditas corrumpat frigiditatem:⁊ humiditas siccitatem:si generat̄ terra:necē ē friditatē aque corrumpere caliditatez ignis:⁊ siccitatē ignis corrumpere humiditatem aque.¶ Et ad experientiam de lapide marmoreo iuxtaposito aque dicit̄ ꝙ inuicem agunt ⁊ patiuntur:sed quia siccitas ⁊ humiditas sūt minime atqꝫ tardissime actionis:ideo non apparet actio ⁊ passio illaruz sicut apparet in calitate ⁊ frigiditate.quare ⁊c.¶ Dicendum igitur aliter iuxta intentionem Aris. ⁊ Comen. Quia ideo calidum ⁊ frigidum sunt qualitates actiue:quia diffiniūtur per agere:humidum autem ⁊ siccum sunt qualitates passiue:quia diffiniūtur per pati.hoc totum declaratum est in littera. Diffinit̄ eniz calidūz per cōgregare homogenea:⁊ segregare etherogenea:frigidū per congregare tam homogenea q̄ etherogenea:constat autem ꝙ congregare ⁊ segregare dicunt actionem . Sed cum diffinitur humidum ipsum diffinitur per esse bene terminabile termino alieno:⁊ non bene termino proprio Siccum vero per esse bene terminabile termino proprio ⁊ non bene termino alieno. Modo nullus dubitat ꝙ terminari dicit passionez.p̄ncipalis igitur intētio philosophi est ꝙ ideo calidum ⁊ frigidum sunt actiua:quia diffiniuntur per terminos importantes actionem:humidum autē ⁊ siccum sunt passiua:quia diffiniuntur per terminos importantes passionem.¶ Secūdaria vero intentio est sz ꝙ in sequentibus apparebit:ꝙ ideo calidum ⁊ frigidum sunt actiua;quia sunt maxime actiuitatis.⁊ ideo humidū ⁊ siccum sunt passiua:quia sunt minime actiuitatis:aut qr sunt maxime resistentie:resistentia enim ⁊ modicum agere importāt passionem:sed maxime agere nullam importat passionem.

¶ Subtile autem ⁊ grossum:lubricum ⁊ ariduz ⁊ duruz ⁊ molle ⁊ alie differentie ex his sunt. Quoniam enim repletiuum est humidum;quia non est terminatuz quidem : bene autem terminabile ens:⁊ quia sequitur tangentem. Subtile autem repletiuum subtiluz autem partium ⁊ paruarum partium repletiuum:totum enim totum tangit:subtile autem maxime tale. Manifestum autem quoniam subtile quidem erit humidi : grossum autem sicci. ia

¶ Tertia conclusio.qualitates tangibiles alie a nomiatis non sunt p̄ncipia formalia elemētoꝝ.vz.grossum ⁊ subtile lubricum ⁊ aridum durum ⁊ molle:asperuz ⁊ lene.probatur p̄ncipia formalia elementorum debēt esse qualitates p̄me.sed qualitates tangibiles nomiate nō sunt qualitates prime.igitur ⁊c.tenet consequētia cum maiori ex quo elementa sunt p̄ma corpora.⁊ minor declaratur.ille qualitates non sunt prime que sunt ex alijs qualitatibus: aut reducuntur ad alias qualitates:vt de se notum est:sz omnes iste qualitates iam nominate reducuntur ad humidum ⁊ siccum:quod quidem Arist.declarat.⁊ p̄mo de subtili ⁊ grosso. Naz esse repletiuuz cōuenit per naturaz humidi;sed subtile est repletiuum.igitur subtile reducit̄ ad humidum.p̄ma pars antecedētis pz ex determinatis in secūda cōclusione. Humidum enim non est terminatum termino proprio : sed est bene terminabile termino alieno.⁊ ex hoc sequitur rem tangentem ipsiuz accipiens formam ⁊ figuram illius. Aqua eniz ⁊ vinum ⁊ huiusmodi humida bene replent;quia accipiūt terminum:⁊ figuram a cōtinēte.secūda pars antecedētis est nota ad experientiam. Nam subtile est maxime repletiuum: cum repleat quascūqꝫ partes paruas:⁊ sit de ratione eiꝰ ꝙ totuz tangat totum.aer enim propter subtilitatem suam maxime replet neqꝫ partem aliquam continentis ⁊ tangētis ipsum relinqt quā non repleat. Si igitur subtile reducit̄ ad humidum.⁊ subtile contrariatur grosso.igitur grossuz reducitur ad siccum.patet consequētia;ex quo humiduz ⁊ siccum sunt contraria. Le.li.(Subtile autez ⁊ grossuz ⁊ lubricum ⁊ aridum:⁊ durum ⁊ molle ⁊ alie differentie) ⁊ asperum ⁊ lene (sunt ex his) quatuor nominatis ⁊ reducuntur ad illa.(Quoniam enim repletiuum est humidum;quia non terminatur quidem)termīo proprio(bene autem terminabile ens(termīo alieno.⁊ quia sequit̄ tangentem)subtile autem repletiuum;subtile enim partibus ⁊ partium partibus)adherens(repletiuum est.totum enim totum tangit;subtile autem maxime tale manifestū qm̄ subtile quidez erit humidi:grossuz aūt sicci).

¶ Et rursus lubricuz quidez humidi.

¶ Lubricum autez aliquid humiduz passiuuz est velut oleum. ii

¶ Aridū quidē sicci. Aridū enī perfecte siccū: q̄propter ꝛ coagulata sūt ꝑpter defectionē proprie humiditatis.

¶ Sed dubitaꝛ qꝛ subtilitas acus: aut stili: ac ēt ignis nō reduciꝛ ad humiditatē: sed magis ad siccitatē: acus enim stilus ꝛ ignis sunt corpora sicca ꝛ nō humida. ¶ Respondeꝛ ꝙ est multiplex subtilitas. Naz quedam est que est passio seu modus quātitatis ſz quā aliqd dicitur hēre modicū de latitudīe ꝛ pfūditate: cuiusmōi ē subtilitas capilli acus vel stili. quedā est subtilitas que est effectus motus localis cuiusmodi est subtilitas soni: aut vocis: quedam est subtilitas que est effect⁹ calidi cuiusmodi est subtilitas ignis: ꝛ exalationū calidarū. Quedaz vero est subtilitas que est effect⁹ humidi cuiusmodi est subtilitas aq̄ ꝛ aeris ꝛ aliorꝫ corporū de natura aeris ꝛ aque. Dico igiꝛ ꝙ Aristo. non loqtur de aliqua subtilitate pterq̄ʒ de vltima: q̄a illa sola est bene repletiua. Subtilitas enim capilli vel acus aut stili aut vocis non bene replet: nō etiā subtilitas ignis cū experiamur ignē: nō ingredi aliqd ɔtinēs absq̄ʒ aere: sed aqua aer ꝛ alia corpora aquea ꝛ aerea: sicut vinū ꝛ oleū bene replent. Intēdit igiꝛ phs hic per grossuz densum terminatū: ꝛ per subtile rarū humidū. vnde rarꝫ ꝛ densum non sunt species specialissime: sed species subalterne: cū sit quoddaz rarū: ꝙ est cōsequēs calidū: ꝛ quoddam densūz qđ est ɔñs frigidū. Juxta illud Comenta. 7. physicorꝫ rarū ꝛ densum sunt qualitates cōsequētes caliduz ꝛ frigidū. quoddam aūt est rarum qđ cōseqtur humidum: ꝛ quoddam est densum ꝙ cōseqtur siccum: ꝛ de his loquiꝛ Aristo. hic cum dicit subtile reduci ad humidum tanq̄ʒ ad causam ei⁹: ꝛ grossum reduci ad siccuz tanq̄ʒ ad causam illi⁹. q̄a igiꝛ sicca ꝛ solida bene terminanꝛ termīo proprio non accipiūt figurā cōtinentis nec bene replent ipsum. humida aūt fluxibilia: q̄a non terminanꝛ termīo proprio recipiūt figurā cōtinentis ꝛ bene replent ipsum. vas eniz bene repleꝛ aqua: non aūt bene repleꝛ lapidib⁹ q̄a aq̄ sequiꝛ figurā vasis ꝛ coaptat se ei: nō sīt lapides ꝛc. (¶ Rursuz lubricū). Secūdo declarat phs lubricum ꝛ aridū reduci in humidū ꝛ siccū tanq̄ʒ in causas suas. Naz lubricū est humidū passum a sicco velut oleū qđ est lubricum ꝛ viscosum. quia ibi est siccitas admixta humiditati. tñ q̄a ibi abūdat humiditas lubricū reduciꝛ ad humidū. omne eniz lubricū est humidū: ꝛ non ecōtra: aridū autez reduciꝛ ad siccū. Est eniz aridū qđ est perfecte siccū: quapropter ꝛ coagulata videnꝛ arida ꝛ sicca: ꝑpter defectuz proprie humiditatis. deficit eniz in talib⁹ propria humiditas: q̄a est cōstricta ꝛ cōstipata ꝑpter coagulationem. T. c. li. (¶ Rursuz lubricū q̄dē humidi lubricū q̄dē humidum aliqd passuz est) a sicco. velut oleū (aridū vo) est effect⁹ (sicci. aridum enim est qđ perfecte siccū q̄propter ꝛ coagulata sunt ꝑpter defectū humiditatis ꝓprie).

Dubitatur de metallis virū sint sicca vel humida. non humida: qꝛ terminanꝛ termino ꝓprio: neq̄ʒ sicca: qꝛ post liquationē apparet magna humiditas ꝛ maior q̄ʒ siccitas que q̄dēz non est generata ab igne: cū per ignē: sicut introduciꝛ caliditas ꝛ expelliꝛ frigiditas per suam caliditatē: ita per suā siccitatē debet generari siccitas: ꝛ corrūpi humiditas. Non igiꝛ humiditas metallorꝫ liquatorū est noviter genita. igiꝛ p̄fuit: sed ipsa maior est q̄ʒ siccitas. igiꝛ corpora metallica stante coagulatione nō sunt sicca: sed humida ꝛc. ¶ Respondeꝛ ꝙ triplex est coagulatio: quarꝫ p̄ma est a sicco tm̄: ꝛ hec si ɔiungiꝛ viscositati facit corpora coagulata flexibilia: sꝫ nō liqbilia: cuiusmodi sunt ligna. Si aūt nō cōiungiꝛ viscositati facit corpora coagulata nō flexibilia: neq̄ʒ liquabilia cuiusmodi sunt lapides. Secunda coagulatio est a frigido tm̄: ꝛ hec si fuerit coniuncta viscositati faciet corpora coagulata flexibilia ꝛ liquabilia: de quorum numero est lac ꝛ oleū coagulatū. si aūt nō fuerit ɔiuncta viscositati faciet corpora coagulata liquabilia: ꝛ nō flexibilia de quorꝫ numero est glacies. Tertia coagulatio est a sicco ꝛ frīdo sīl. ꝛ hec si fuerit coniuncta viscositati facit corpora coagulata flexibilia ꝛ liquabilia: cuiusmodi sunt metalla. Si autē nō erit ɔiuncta viscositati faciet corpora coagulata liquabilia ꝛ flexibilia: de quorꝫ numero est sulphur. ¶ Ad difficultatē ergo tactā diciꝛ ꝙ metalla lꝫ ꝑpter fortem coagulationē dicanꝛ ſz famositatē sicca ꝛ non humida: tamē sunt absolute humida: ꝛ cum diciꝛ ipsa terminanꝛ termīo ꝓprio. igiꝛ nō sunt humida. negaꝛ ɔñā. Et ad philosophū respōdeꝛ ꝙ ipse loquiꝛ de humiditate in actu: ꝛ non humiditate in potētia. humida eniz in actu nō terminanꝛ termino ꝓprio. sed humida in potētia bene terminanꝛ termino ꝓprio. Et non intēdo hic per humida in potētia q̄ non sunt humida ꝛ possunt esse humida: sed que sunt humida terminata termino proprio. Et per solam subtractionem frigiditatis terminanꝛ termino alieno. Juxta modum loquendi Comenta. 2°. de anima. di. ꝙ piper ꝛ sal habent saporem in potētia nō sic intendo ꝙ nō habēt saporē: ꝛ possunt habere saporem. Sed intendit ꝙ non habēt saporez potentem mouere gustuz absq̄ʒ humido extraneo superaddito ꝑpter quā causam dedit natura saliuaz: vt istā sicca possent percipi a gustu. vinum autem acetum ꝛ huiusmodi hec habent saporez in actu: quia per se ipsa absq̄ʒ humido extraneo possunt mouere gustum. Sic in proposito dicitur ꝙ aqua ꝛ vinum sunt actu humida: quia sunt humida terminata termīo alieno. Sꝫ metalla et glacies seu lac ꝛ oleum coagulatum sunt potentia humida: quia terminantur termino proprio: ꝛ per solam subtractionez frigiditatis terminanꝛ termino alieno.

¶ Amplius molle quidem humidū. molle enī quod subijcitur in seipsum ꝛ non transmutās quidem quod facit humidū. Ideo enim non ē humiduz mollis sed molle humidi: duruz aūt sicci. Durum enim est quod coagulatum est: coagulatum enim siccum. t3

¶ Tertio phs reducit durū ꝛ molle in humiduz ꝛ siccum tanq̄ʒ in causas suas di. ꝙ molle est effectus humidi: nūc molle est qđ cedit in seipsum ꝛ non resistit: ꝛ qꝛ ꝓpriuz est humido cedere: ꝛ nō resistere: ideo nō reduciꝛ humidum in molle: sꝫ molle in humidū: qꝛ nō omne humidū ē molle: sꝫ omne molle est humidū. participat enim molle proprietates humidi: sꝫ nō ecōtra. Et qm̄ duruz ꝛ molle sunt cōtraria: sicut humidū ꝛ siccū. Ideo si molle reduciꝛ ī humidum. oportet etiā ꝙ durū reducaꝛ in siccū. Nam durꝫ est quasi idem qđ coagulatū: coagulatū aūt reduciꝛ in siccum. vt prius dicebaꝛ. ergo durū reduciꝛ in siccum. T. c. li. (Amplius molle quidem humidi) est effectus (molle enim est qđ subijciꝛ). i. ꝙ cedit (in seipsuz) tāgenti (et nō trāsmutās). i. nō resistit trāsmutādo tāgens (q̄dē qđ fac humidū ꝛ iō nō ē humidū) effectus (mollis sꝫ molle humidi) est effectus (durū aūt sicci: duruz enim est qđ coagulatum est: coagulatum autem siccū) ¶ Notandum ꝙ phs de aspero ꝛ leni nullam facit mētionē in speciali: qm̄ ex dictis pōt coniunci illa reduci in humidum ꝛ siccuz: sic enim grossum ꝛ durum reduciꝛ in siccū: ꝛ subtile ac molle reduciꝛ in humiduz: per idem lene reduciꝛ in humidū ꝛ asperum reduciꝛ in siccū: lenitas enim est per naturam humidi: ꝛ asperitas per naturam sicci. Humidum eniz ꝑpter suā fluxibilitatem habet lenitatē in partibus: ꝛ in eis vna ps nō supeminet alteri. Sicca vo qꝛ sūt hñ termina-

bilia termino proprio possunt habere asperitatem in partibus. z in eis vna pars pot alteri peminere.

di.phs q aer est leuis in respectu ad denotãdũ leuitatez eius non posse mouere ad locũ ignis. ⁊ per ↄsequẽs est alterius spẽi. Consimilr dicaẽ de grauitatibus terre ⁊ aque q sũt diuersarũ specierũ: quoniã grauitas terre trahit deorsum in elemẽto aque: non autẽ grauitas aque cũ hõ existens in profundo aque nõ sentiat põdus aque superioris. non enĩ posset assignari ratio. ꝑpter qd doliũ vini velocius moueẽ modico plumbo: aut lapide in elemẽto aeris: ⁊ non in elemẽto aque. Et lz quelibz istarũ opinionũ sit ꝓbabilis: vt alibi ostẽdi: tamẽ quia hec scḋa magis videtur esse de itentione Cõmen. tam hic q̃ in lib. celi: q̃ in li. physicorũ. Jdeo sustinẽda est hec. ❡ Et ad primũ argumẽtũ ꝓme opinionis dẽ q lz ille due leuitates proueniãt ab eadem causa partiali: nõ tamẽ ab eadẽ causa totali: quoniaz leuitatis aeris totalis causa ẽ caliditas ⁊ humiditas: ⁊ principalius humiditas q̃ caliditas: ⁊ qꝛ humiditas est sũma in extro aeris. ideo in eodez extro etiã leuitas est sũma: non tamẽ põt mouere vltra concauũ ignis. causa autẽ totalis leuitatis est caliditas ⁊ siccitas: ⁊ principali⁹ caliditas q̃ siccitas. ꝑpterea etiã in igne est leuitas summa: sicut est caliditas summa. ❡ Cõsimilr dicaẽ de grauitate aque: q nõ est solũ a frigiditate: sed etiã ab humiditate: lz principali⁹ a frigiditate q̃ ab humiditate: ecõtra autez grauitas terre est principalius a siccitate q̃ a frigiditate: ⁊ quia taz frigiditas aque: q̃ siccitas terre est summa. ideo ambe grauitates sunt sũme: nõ tamẽ equalr mouẽt deorsuz: qꝛ grauitas terre mouet ad centrũ mathematicũ mundi. grauitas aũt terre mouet tm̃ deorsum ad cẽtꝝ naturale mũdi qd est ipm elemẽtũ terre. imo si aqua eẽt in medio mũdi. ipsa non impedita ascẽderet ad superficiẽ conuexã terre: ⁊ cõcauã aeris. sicut etiã aer si esset in cõcauo lune recederet ab illo loco descẽdẽdo vsq̃ quo esset iter superficiẽ cõcauã ignis: ⁊ cõuexã aque. ❡ Ad scḋm dẽ q ignis alterãs aquã nõ solũ iducit caliditatẽ: sed etiã siccitatẽ. ideo generat duplicẽ leuitatẽ. s. igneaz sequentẽ ad caliditatẽ ⁊ siccitatẽ: ⁊ aereã que est effect⁹ cali^tis ⁊ hũiditatis. ideo nõ opz q pus generetẽ aer q̃ ignis: neq̃ icõuenit ignẽ generari cũ aliquã ita leui^te aeris. ex quo tũc nõ est in naturali dispõne sua. ꝑpterea ignis genitus: sicut cõtinue itendiẽ in cali^te ⁊ siccitate, ita cõtinue itenditur in leuitate ignea corrũpendo aereaz. ❡ Ad 3^m dẽ cõsimilr q sol generãs vaporez nõ tm̃ iducit caliditatẽ in aquã: sed etiaz siccitatẽ: quia de natura luminis eius est in materia apta nata iducere caliditatez pmo. ⁊ mediãte cali^te siccitatẽ. ideo generat in vapore duplicẽ leuitatẽ: quarũ vna est aerea per quã nõ mouetur sursum: ⁊ alia ẽ ignea per quã moueẽ ad mediã regionem aeris. ❡ Ad quartũ dẽ cõmuniter q vni non ↄrietur nisi vnũ scḋm spẽm subalternã. ideo grauitati contrariaẽ leuitas. ⁊ nõ aliud: sicut motui deorsum mot⁹ sursum: vni tamen plura contrariantẽ scḋm spẽm specialissimã: vt ar^s probat. Sed dẽ q tam scḋm spẽm specialissimã: q̃ scḋm spẽz subalternã. vni nõ ↄtrariaẽ per se pmo nisi vnũ: sed per se nõ pmo: aut ex ↄñti vni plura cõtrariantẽ. dicit. n. phs. 5. physicorũ q nõ solũ contrariaẽ motui terre deorsum motus ignis sursum: sed etiã motus ignis deorsum tã q̃ naturale ⁊ violentũ: sicut igr̃ terra contrariaẽ per se pmo aeri: ⁊ per se nõ pmo cuilibz alteri elemẽto. Jta grauitas terre cõtrariatur per se pmo leuitati aeris: ⁊ per se nõ pmo graui^tt aq̃: ⁊ leuitati ignis. grauitas autẽ aque per se pmo contrariaẽ leuitati ignis. ⁊ per se nõ pmo leui^tt aeris ⁊ grauitati terre. Et si arguiẽ sic. grauitas terre ⁊ leuitas ignis mouẽt ad loca maxime cõtraria. ⁊ maxime distãtia. igr̃ grauitas terre maxime cõtrariaẽ leuitati ignis. negaẽ ↄñã: quia lz moueant ad loca maxime contraria: ⁊ maxime distãtia scḋm sitũ nõ tamẽ scḋm formaz. lz. n. grauitas terre per se moueat ad mediũ mũdi: tamẽ accidit illi q moueat ad locũ maxime distantẽ a loco ignis. ꝑpterea ratio fundamẽtalis prĩe opinionis ꝓbantis locũ aque esse simplr deorsum non valz. cũ sic arguebaẽ. ignis ⁊ aqua simplr contrariantẽ. igr̃ loca illorũ simplr contrariant: sed loc⁹ ignis est simplr sursuz igr̃ locus aque est simplr deorsuz. ❡ Rñdeẽ negando vltimaz ↄñam: quia loca ignis ⁊ aque simplr contrariantur nõ scḋm situz: sed scḋm formaz. Jdeo deberet sic argui. loca ignis ⁊ aque simplr contrariantẽ: sed locus ignis est simpliciter cõseruatiuus calidi ⁊ sicci. igiẽ locus aque est simplr cõseruatiuus frigidi ⁊ humidi.

❡ Sed tamẽ simpliciter q̃tuor entia vni⁹ vnius- 23
quodq̃ est. Terra quidẽ eniz sicci magis q̃ frigidi. Aqua autẽ frigidi magis q̃ humidi. Aer autẽ humidi magis q̃ calidi. Jgnis autem calidi magis q̃ sicci.

❡ Quarta ↄclõ. cuilibz elemẽto tm̃ due lz iequaliter cõpetunt qualitates pme. prĩa pars ẽ ꝓbata: qm̃ omne elemẽtum consistit soluz ex combinatõe duarũ qualitatũ pmarum. Scḋa pars declaraẽ. Nã terra cũ sit pmo sicca ẽ magis sicca q̃ frigida: ⁊ aqua cũ sit pmo frigida ẽ magis frigida q̃ humida. ⁊ aer cũ sit pmo hũidus ẽ magis humidus q̃ calidus. Et ignis cũ sit pmo calidus est magis calidus q̃ siccus. vnde ipoẽ est q aliqua dria formalis eque prio cõpetat rebus diuersarũ specierũ: vt de se pz: sed elemẽta sunt diuersarũ specierũ ⁊ qualitates pme sũt drie formales elemẽtorũ: vt ꝓbatũ est. igr̃ nulla qualitas pma duobus elemẽtis põt primo cõpetere: ⁊ p ↄñs sic debẽt distri^b: q caliditas pmo cõpetat igni: ⁊ frigiditas aque: hũiditas autẽ pmo ↄpetat aeri: ⁊ siccitas terre. Et qm̃ oẽ qd est primo tale est maxime tale: ⁊ q nõ est primo tale nõ est maxime tale vt iniũẽ 2°. metaphysice. ideo ignis est maxime calidus. ⁊ nõ maxime siccus. aqua ẽ maxime frigida. ⁊ nõ maxime humida: aer aũt est maxĩe humidus: ⁊ nõ maxĩe calidus. terra vero ẽ maxĩe sicca: ⁊ nõ maxime frigida. sic q semper duarũ qualitatuz pmaꝝ. vna pus ⁊ itensi⁹ competit elemẽto q̃ alia. Le. li. (Sed tamẽ) lz elementa sint (simplr. 4. entia) habẽtes binas qualitates primas (vnius) tamẽ illarũ (vnũquodq̃) elementorũ pmo (ẽ. terra quidez. n. sicci magis q̃ frigidi: aqua aũt frigidi magis q̃ humidi: aer aũt hũidi magis q̃ calidi: ignis aũt calidi magis q̃ sicci) ❡ Notandũ q circa hãc ↄclõnez sunt. 4. opiniones. q̃rũ pma dicit qdlibz elementũ habere ambas qualitates in sũmo. lz pus vna illarũ elemẽto cõpetat q̃ alia. ita q ignis est sũme calidus ⁊ sũme siccus: lz pus cõpetat caliditas q̃ siccitas. Et aer est sũme calidus ⁊ sũme humidus: lz illi prius competat humiditas q̃ caliditas. ⁊ aqua est sũme frigida ⁊ sũme humida: lz pus illi competat frigiditas q̃ humiditas. Et ↄñter terra ẽ sũme sicca: ⁊ summe frigida: q̃uis illi prius ↄuemat siccitas q̃ frigiditas: vt arguiẽ sic. Aer hz caliditatẽ summã. ⁊ humiditatẽ summã. igr̃ per idẽ quodlibz aliorũ elemẽtorũ habz ambas qualitates in sũmo. tenet ↄñã: ⁊ aña probaẽ: quia si aer haberet aliquã illarũ qualitatũ in gradu remisso. igr̃ per aduentũ qualitatis opposite in summo. illa subito fieret sũma. ↄñs est impoẽ: ex quo ad qualitates primas est per se mot⁹. p Ar. 5. ⁊ 7. physicorũ. ⁊ patz ↄñã: quia ois successio in motu est rõne resistẽtie. per Ar. ⁊ Cõmen. 4. physicoꝝ. cõstat aũt q ibi nulla esset resistentia.

Contra istam opionez est determinatio Ar. in lra. di. q aer est magis humidus q̃ calidus. Et Cõmen. 4°. metheorouz. di. q calor aeris mior ẽ q̃ calor ignis: etiã experiẽtia q maiorẽ frigiditatẽ sentimus in aqua q̃ in terra. ponẽs enim digitũ in aq̃ ⁊ in terra plus infrigidaẽ in aq̃ q̃ in terra. ⁊ p ↄñã terra nõ hz

frigiditatē summā:pȝ ꝯña:quia ꝑpter densitatē terre ma/
gis deberet percipi frigiditas terre q̃ȝ aque:cū quelibȝ q̃/
litas p̄ma fortiꝰ agat in mā dēsa q̃ȝ in materia rara. ¶ Sȝ
ꝙ aer nō habeat caliditatē summā.argr̄.qꝛ aīr non eēt cō
petēs habitatio animaliū ꝑpter summā caliditatē que ē
maxime actiuitatis:neqȝ valet si dicit̄ ꝙ caliditas est ma
xime actiuitatis cū siccitate ꝛ nō cū humiditate:qm̄ quā/
tuȝ humiditas impedit:tm̄ iuuat dēsitas.que est in decu/
plo maior in aere q̃ȝ in igne.per Ar.in b scdo di.ꝙ ex vno
pugillo aeris fiūt decē pugilli ignis: experimur.n.aquam
bullientē magis ledere q̃ȝ flāmā digitū.ꝛ hoc est rōne den
sitatis.ꝛ per ꝯñs humiditas in materia magis densa non
īpedit actiōem. Nō etiā valȝ si dr̄ ꝙ aer in naturali dispo
sitione nō est habitabilis:sed extra naturalē dispositionē
est habitabilis:ꝛ ꝙ semp est extra naturalē dispositioneȝ
ꝑpter elemēta frigida qbus cōtingitur: ꝛ ꝑpter vapores
frigidos illi permixtos:qm̄ sicut aqua calida aliqñ se re/
ducit ad naturalē dispositionē.ita ꝛ aer fridus ꝛ maxime
si illud haberet colorē tempore hyemali:nō tamē tempo
re estiuo:qm̄ per caliditatē solis tollit̄ oīs frigiditas aeris
eo adhuc remanēte habitabili. ¶ Scda opinio asserit ꝙ
nullū elementū habȝ aliquā qualitatē in summo.lȝ patiā
vna competat q̃ȝ alia:quoniā si aliqd elm̄ haberet aliquā
qualitatē in sūmo.maxīe videret̄ de terra:ꝙ haberet sic/
citatē in sūmo.iuxta exemplū Ar.in lra:sed argnt̄ ꝙ ter
ra nō hȝ summā siccitateȝ.ex eo ꝙ habȝ aliquaȝ humidi/
tateȝ semper loquēdo de terra ī naturalissima dispositio/
ne. Naȝ portes terre inuiceȝ cōtinuātur.igr̄ in eis est hūidi
tas. tenet ꝯña:qꝛ cōtinuatio est rōne hūiditatis. per Ar.
di.in hoc scdo.ꝙ aque isunt mixtis ꝑpter continuationeȝ
partiū mixti.per hoc debemꝰ itelligere ꝙ pure siccū non
est cōtinuū. Ista opīo repugnat sibi ipsi.si.n.aliqua quali/
tas cōpetit alicui elemēto p̄mo:ꝛ oē qd est tale p̄mo ē ma
xime tale:vt est allegatū.2.metaphysice.igr̄ aliquod elm̄
habȝ aliquā qualitatē in sūmo.vt arguat̄ sic. Aliqua ē q̃li
tas p̄ma in sūmo.per Ar.di.2ᵒ de aīa. Qd omniū natura
cōsistētiū termīata e rē ratio magnitudinis ꝛ augmēti.igi
tur illa cōpetit mixto vel elemēto:sed nō competit mixto
per pbām taȝ in p̄mo huiꝰ.q̃ȝ in hoc 2ᵒ. igr̄ cōpetit elemen/
to ¶ Tertia opio fatet̄ quodlibȝ elm̄ habere vnā quali/
tateȝ p̄mā in summo.ꝛ alteȝ remissam distātē a gradu sū/
mo cōiunctam qualitati opposite vsqȝ quo cōpleat̄ nume/
rus latitudinis.sic ꝙ ignis habȝ caliditatē summā: ꝛ sicci
tateȝ remissaȝ cōiunctaȝ humiditati ex qbus resultat nu
merus vt.8.cōmuniter attributus latitudini qualitatuȝ.
ita ꝙ si siccitas ignis est vt.6. contingit̄ hūiditas vt duo.
Et ita dicat̄ de alijs elemētis suo modo:qꝛ aīr possȝ in ae
re itroduci aliqs gradus caliditatis absqȝ expulsiōe frigi/
ditatis.ꝛ in aq̃ aliqs gradus humiditatis absqȝ expulsiōe
alicuiꝰ siccitatis:qd est falsum:quia tūc subito itroducere
tur tota latitudo caliditatis vel humiᵗⁱˢ ab illo gradu ad
gradū summū.ex quo nulla eēt resistētia. ¶ Cōtra istam
opīonem arguit̄:quia data illa sequit̄ qdlibȝ elementum
determinare sibi in sua naturalissima dispōne tres quali/
tates p̄mas ꝯtra determinationē Ar.di.qd quodlibȝ elm̄ cō
stitui ex sola combinatiōe duarū qualitatū p̄marum:sem
per enī de duabꝰ qualiᵇᵘˢ mētionem facit.ꝛ nō de 3ᵃ.immo
siccitas eque bene esset formale p̄ncipiū aque:sicut frigi/
ditas ꝛ humiditas esset ita formale p̄ncipium ignis: sicut
caliditas ꝛ siccitas:ꝛ ita omnia elementa essent simbola:
quia cōuenirēt in vna qualiᵗᵉ p̄ma que oīa absurda sunt:
ꝛ ꝯtra determinatiōem Ar.in hoc scdo. Et ꝯñr sequit̄ ꝙ
nullum elm̄ esset corpus simplex cōtra determīationē Ar.p̄
ce.ꝛ pȝ ꝯña:quia nullū mixtū est corpus simplex ex eo.qꝛ
componit̄ ex ꝯtrarijs.per Ar.tam in hoc li.q̃ȝ in liᵒ. ce. sȝ
quodlibȝ elemētuȝ componit̄ ex ꝯrijs.per hāc opīonem.

igr̄ ꝛc. Cōmēt.autē.4ᵒ. metheororū dicit ꝙ lȝ calor aeris
sit minor q̃ȝ calor ignis:non tamē ē magis compositꝰ: vel
minus simplex:qd dcm̄ nō esset verū si haberet fridītatē
admixtā. ¶ Quarta opīo que sola tenēda est. ponit qdlibȝ
bet elm̄ habere vnaȝ qualitatē p̄mā in summo ꝯuenietē
illi per se p̄mo. Et vnam aliā prope summū ꝯuenietēȝ illi
per se nō p̄mo absqȝ mixtura sui cōtrarij actu vel potētia
sic ꝙ in igne est calitas summa vt 8ᵒ. ꝛ siccitas vt.7.absqȝ
mixtiōe humiditatis. Et in aqua est friditas vt 8ᵒ. ꝛ humi
ditas vt.7.absqȝ aliqua sicciᵗᵉ. Aer est humidus vt.8. ꝛ ca
lidus vt.7. Terra vero est sicca vt.8. ꝛ frigida vt.7. Et hec
videt̄ esse itētio phi in lra.di.terraȝ esse magis siccā q̃ȝ fri
gidā.ꝛ aquā esse magis fridam q̃ȝ humidā:ꝛ aerē esse ma
gis humidū q̃ȝ calidū:ꝛ ignē esse magis calidū q̃ȝ siccuȝ.
Et cuȝ arguit p̄ma opio:ꝙ qualitas remissa elemēti p ap/
plicatōem qualitatis contrarie ī summo stati fieret sum/
ma.negat̄ ꝯña.dic enī Cōmen.4ᵒ.physicorū.ꝙ ī motu lo
cali aliquādo prouenit resistētia ex parte medij.s. ī motu
recto.aliquādo prouenit ex resistētia subti.vȝ ī motu cir/
culari.ita in motu alteratōis resistentia aliquādo proue/
nit ex porte contrarij:vtputa quādo calidū fit fridū vel
ecōtra.aliquādo ex parte subiecti:vt quādo calīm fit ma
gis calidū:aut frigidū magis frigidū.ꝛ hoc in elemētis na
turalr̄ dispositis:vnde quia aer determinat sibi naturalr̄
caliditateȝ vt.7.ois caliditas itensior est sibi violēta.ideo
resistit caliᵗⁱ summe itendēti caliditateȝ vt.7. Consimilr̄
dico de terra:ꝙ habȝ siccitatē summā absqȝ humiditatē:
ꝛ cū phus dicit cōtinuitatē esse non posse absqȝ humiᵗᵉ. di
co ꝙ nō loquit̄ de corporibus simplicibus in qbus est tm̄
forma:quia celū est ꝯtinuū absqȝ humiditate:ꝛ etiā ignis
sed loquit̄ de corporibꝰ mixtis:in qbus ē multitudo oīum
formarū omniū elementorū:que nūq̃ȝ simulcem tenerent
neqȝ ꝯtinuarent̄ nisi per humiditateȝ. ¶ P̄.cōceditur cō
tra tertiaȝ opīonē:ꝙ lȝ in mixtis nō sit possibile itroduce/
re vnā qualitatē p̄mā absqȝ expulsiōe alterius.tamē ī ele
mentis illud est poīe:ꝛ quāuis in mixtis ꝑpter presentiaȝ
formarū oīum elementorū semp compleat̄ numerus lati
tudinis ex qualitatibꝰ cōtrarijs.illud tamē non est neces/
sarium in elemētis ꝑpter simplicitatem vnius forme.
¶ Contra predicta arguit̄. Et p̄mo ꝙ nō est possibile ignē
habere caliditatē summā ꝛ siccitateȝ remissaȝ: qꝛ si ignis
habȝ siccitatē remissam.igr̄ per aliā siccitatē summaȝ pōt
itendi:sed ad maiorē siccitatē cuȝ caliᵗᵉ sequit̄ maior rari/
tas:ꝛ maior actiuitas:ex quo siccitas ē lima caloris. igitur
ignis summꝰ pōt esse rarior ꝛ actiuior.qd est ipoīe. ¶ Itē
in cōcauo lune sunt īfluentie calefactiue. vna cum lumīe
cui est cōnsicta materia ignis de se apta recipere itēsiorē
caliditatē:sicut siccitateȝ:cū ipsa sit īfinite possibilitatis:ꝛ
pura poᵃ.per Ar.p̄mo physicorū.igr̄ sicut potest vlteriꝰ i/
tendi in siccitate.ita ꝛ in caliditate. ¶ Secūdo arguit̄ ꝙ
aer nō est p̄mo humidus.qꝛ hūiditas magis ꝯuenit aque
q̃ȝ aeri cuȝ sit minus seporabilis ab aqua q̃ȝ ab aere: vt pȝ
tempore estiuo:ac etiaȝ magis hūectet q̃ȝ aer:vt expimur
per sensum.constat aūt ꝙ sensus non decipit̄ circa ꝑpriuȝ
obm. ¶ Tertio arguit̄ ꝙ aqua p̄mo nō est frigida:qꝛ hūi
ditas illi magis conuenit q̃ȝ frigiditas. cuȝ humiditas sit
minus separabilis ab aqua q̃ȝ friditas. videmꝰ enī aquaȝ
esse itense calidā.ꝛ nūq̃ȝ esse siccaȝ:sed semper humidam.
¶ Quarto argr̄ ꝙ terra est maxīe frigida:tū quia maxīe
distat a fonte caloris.vȝ.a sole:tum quia maxime ꝯlatur
igni.per Ar.p̄mo methauroꝝ:tū quia in ea apparēt maxi
mi effectꝰ frigiditatis.vȝ.grauitas ꝛ dēsitas sūma. ¶ Ad
primū dicit̄ concedēdo siccitatē ignis posse itendi. Nō ta
mē ꝑpter hoc fieret ignis rarior:qꝛ raritas est p̄ncipalr̄ ef
fectꝰ caliditatis ꝛ nō siccitatis.per Cōmen.7. physicoruȝ.
Nō enī ex hoc fieret ignis actiuior.imo forte minꝰ actiuꝰ

quia lz siccitas sit lima caloris: nõ tamē quelibet siccitas: sed tñ siccitas ꝓportionata. Itē dr̃ ꝙ in aliquā materiaz agens q̃druplr̃ nõ agit. ꝑmo si nõ fuerit receptiua actiõis agentis. ꝓpterea nullũ elemētũ agit in celũ: qꝛ materia illius nõ est receptiua actiõis elementoꝝ. Secundo si mã fuerit extra sperā actiuitatis agētis: ⁊ ista ē causa ꝓp quā nõ agit ignis pedalis quãtitatis in lignũ distãs per spaciũ centipedale. Tertio si actiuitas agentis erit minor q̃ꝫ resistentia passi: aut equalis: quia a ꝓportione equalitatis ⁊ minoris inequalitatis non prouenit actio. Quarto si tota actiuitas agentis est euacuata in illa mã. luminosũ. n. vt 8. nõ põt ꝓducere intēsius lumen q̃ꝫ vt. 8. qꝛ in tali effectu euacuat̃ tota actiuitas illius. Ita in ꝓposito influētie calefactiue celi. nõ põt itensiorē caliditatē ꝓducere in elemēto ignis: q̃ꝫ iam ꝓduxerint: qꝛ in eo est euacuata tota actiuitas illarũ influētiaꝝ nõ extēsiue: sed itensiue: põt enim aliũ cõsimilē effectũ ꝓducere: sed non intēsiorē ⁊c. ❡ Ad secũdũ dr̃ ꝙ humiditas magis cõuenit aeri q̃ꝫ aq̃. qđ aũt magis humectet in aq̃: ⁊ minus separet̃ ab illa hoc est. qꝛ est maioris potētie ⁊ resistētie in aqua q̃ꝫ in aere rõne maioris densitatis iuuãtis ad agendũ. ⁊ resistēdum. ꝓpterea cõcedit̃ ꝙ aer est minus humidus q̃ꝫ aqua nõ ſm gradũ sed ſm formã: hꝫ enim aq̃ plus de forma humiditatis q̃ꝫ aer: sicut hꝫ plus de mã: ⁊ plus de densitate: sed aer habet intēsiorē gradũ humiditatis q̃ꝫ aq̃. Et si sensus indicat oppositũ: in hoc decipit̃: nõ tñ decipit̃ circa sensibile ꝓpriuz: qꝛ humiditas est sensibile ꝓpriũ tact⁹: non aũt gradus humiditatis neqꝫ itensio: neqꝫ magnitudo eiusdē. Tact⁹ enĩ indicat itēsiorē esse caliditatē in ferro ignito q̃ꝫ in flãma: ⁊ tñ non est ita. ❡ Ad tertiũ rñdet̃. ꝙ friditas magis conuenit aq̃ q̃ꝫ humiditas: ⁊ cum arguit̃: minus separat̃ humiditas ab aq̃ q̃ꝫ friditas. igit̃ magis illi cõuenit. negat̃ ꝯña. qꝛ ꝙ tardius scpet̃ humiditas q̃ꝫ friditas. hoc est rõne sue passibilitatis ⁊ actiuitatis qualitatis opposite. humiditas enim est maioris resistētie q̃ꝫ friditas: ⁊ siccitas est maioris actiuitatis q̃ꝫ calitas. ꝓpterea calitas magne actiuitatis inueniēs friditatē modice resistētie cito eam corrumpit: siccitas aũt modice actiuitatis iueniēs humiditatem magne resistentie tarde illã corrũpit. ❡ Ad 4m rñdet̃ ꝙ terra est maxime frida ſm formã: sed nõ ſm gradũ: cum sit itēsior gradus friditatis in aq̃ q̃ꝫ in terra. Et cũ arguit̃ terra maxime distat a fonte caloris. vꝫ. a sole. igit̃ est maxime frida. negat̃ ꝯña. sed solũ sequit̃ ꝙ est minime calida caliditate solis. Et cũ dicit phs ꝙ terra maxime ꝯtrariat̃ igni. ipse loquit̃ de ꝯrietate ſm sitũ ⁊ non ſm formã. nec est verũ ꝙ grauitas ⁊ densitas sint effect⁹ solius frigiditatis: sicut nec leuitas ⁊ raritas sunt effect⁹ caliditatis: sed effectus totius cõplexionis duaꝝ qualitatũ ꝑmoꝝ: sic ꝙ grauitas ⁊ densitas terre sunt effect⁹ siccitatis ⁊ frigiditatis terre: grauitas ⁊ densitas aque sunt effect⁹ frigiditatis ⁊ humiditatis aq̃: sicut leuitas ⁊ raritas aeris sunt effectus caliditatis ⁊ humiditatis aeris: ac etiaz leuitas ⁊ raritas ignis effectus sunt caliditatis ⁊ siccitatis ignis. vt dicebat̃ in alia conclusione.

14 Quoniam aũt determinatuz est prius ꝙ est simplicibus corporib⁹ ex inuicez generatio. Simul aũt ſm sensum vident̃ generata. Non eniz esset alteratio. Secũdũ tact⁹ enim passiones alteratio est. Dicēdũ q̃s modus adinuicē trãsmutationis. Utrũ omne ex omni generari possibile aut hoc qdē possibile: hoc aũt impossibile.

❡ Iste est secũdus tractatus secũdi de generatione ⁊ corruptione elemētoꝝ inuicē: postq̃ꝫ determinauit de inuicē ro eorũdē ac suoꝝ formaliũ ꝑncipioꝝ que sũt. 4. q̃litates ꝑme. Et diuidit̃ in. 4. capl'a. In quoꝝ ꝑmo Ari. fac̃ qđ dictum est. In scđo ꝓbat nullũ elemētoꝝ esse ꝑncipiũ mãle omniũ alioꝝ: sꝫ oĩa elemēta esse eque ꝑma. ibi (Sed tñ adhuc). In 3° reprobat opiniones antiquoꝝ di. nõ oĩa elementa eē inuicē trãsmutabilia. ibi (Quñ aũt que trãsmutãtur) In quarto descēdit in spãli ad opinionē Emp. nõ potēns saluare ex suis dictis trãsmutatiões ⁊ mot⁹ nãles. ibi (Sꝫ neqꝫ aug°) ꝑmũ caplm diuidit̃ in duas ꝑtes ꝑncipales: in quaꝝ ꝑma phus se cõtinuat ad dicēda. In scđa vo exequit̃ de intēto. ibi (Quñ quidē igr̃) Quãtũ ad ꝑmum dicit phs ꝙ ex determinatis in ꝑmo li° huius. ⁊ 3° celi. manifestũ est elemēta inuicē trãsmutari. ꝑmo qdē rõne ꝯrietatis ⁊ idētitatis materie. Nam qꝛ elemēta sunt inuicē cõtraria ꝯrietate non reductibili in aliã ꝯrietatez: ⁊ cõicãt in mã: ideo possunt inuicē trãsmutari. Secũdo rõne sensus ⁊ experiētie. experimur. n. per sensũ ex aere fieri aquã: ⁊ ex aqua aerem. ex terra fieri aquã ⁊ aerem: ⁊ ex vtrisqꝫ fieri terrã. Tertio rõne alterationis. qm̃ si generatio est impossibilis alteratio est impossibilis: sed in elementis est alteratio inuicē. igit̃ in eis est esse inuicē generatio ⁊ trãsmutatio. tꝫ ꝯña cum maiori. minor aũt habet̃ ad sensum: qm̃ alteratio ꝓprie dicta fit ſꝫ passiones ⁊ qualitates tact⁹. constat aũt tactũ percipere trãsmutationē suaꝝ qualitatum in elemētis inuicē cum ꝑcipiat friditatez aque remittere caliditatē aeris: ⁊ caliditatē ignis remittere frigiditatem tam aque q̃ꝫ terre. Et lꝫ manifestũ sit ex priorib⁹ elemēta inuicem substãtialr̃ trãsmutari. nõdum tamē patuit modus trãsmutationis. ideo iam opꝫ videre qualr̃ elemēta inuicē trãsmutãt̃. Utrũ qđlibet elemētuz ex quolibz elemento possit generari: An aliqđ elemētum ex aliquo elemento possit generari. nõ tamē qđlibet ex quolibz: sꝫ dat̃ aliqđ elementũ qđ ex alio impossibile est generari: ⁊ dat̃ aliqđ elementũ qđ ex alio põt generari. Le. li. (Quñ autē determinatũ est ꝑus qđ simplicib⁹ corporib⁹ ex inuicē est generatio) rõne ꝯrietatis (simul aũt ⁊ ſm sensũ vident̃ generata) elementa esse inuicē (non enim eēt alteratio) elementoꝝ inuicē si non esset eorũdē inuicem generatio (ſm enim tactus passiones alteratio est) dicēdum q̃s modus adinuicē trãsmutationis. vtrũ omne ex omni generari possibile) sit (aut quidē possibile) respectu aliquoꝝ elementoꝝ (hoc aũt impossibile) respectu alioꝝ.

❡ Quoniam qdez igit̃ omnia innata sunt ad inuicem transmutari manifestũ est: generatio qdē eniz in contraria ex contrarijs. Elementa aũt oĩa habēt contrarietatē adinuicē: qꝛ differentie contrarie sunt: sed hĩs qdē eni ambe cõtrarie. V. g. igni ⁊ aque. hoc eni calidũ ⁊ siccũ hec aũt frigida ⁊ humida. hĩs aũt altera soluz. V. g. aeri ⁊ aq̃. hic. n. calidus ⁊ humidus: hec aũt frigida ⁊ humida. Quapropter vlr̃ qdez manifestũ qm̃ omne ex oĩ generari innatũ est.

❡ Ista est secũda pars huius capituli in qua phs exequit̃ de intēto ponens quatuor ꝯclusiones. quaꝝ ꝑma est ista. Quodlibet elemētum ex quolibet alio põt generari. Secunda ꝯclusio. in elemētis habētib⁹ simbolũ est velocior trãsmutatio q̃ꝫ in non habētib⁹. ibi (Iaz aũt) tertia ꝯclo. ex q̃buscũqꝫ duobus elemētis non habētib⁹ simbolũ põt qđlibz 3m generari. ibi (Si aũt vnius) Quarta conclusio. ex q̃buscũqꝫ duob⁹ elemētis habentib⁹ simbolũ nõ potest 3m gñari. ibi (In hĩs aũt que) ❡ ꝑmã ꝯclusionē arguit phs sic. quelibz generatio est in ꝯria: ⁊ ex ꝯrijs: sed oĩa elementa habēt inuicē ꝯrietatē. igr̃ qđlibz elemētũ ex quoli-

bet alio pōt generari. pꝫ ↄña ex determīatis in ꝑmo phy. ⁊ minor arguit̄ īductiue. Nam cum .4. sint elemēta faciētia .6. cōbinationes. vꝫ .4. possibiles ⁊ duas īpossibiles. vt ꝓbatū est in ꝑori tractatu aliqua elīa inīcē simpl'r ↄriant̄ ⁊ aliqua fꝫ qd. Illa simpl'r ↄriant̄ que inīcē ↄriant̄ in ambabꝰ qualitatibꝰ ꝑmis. vt ignis ⁊ aqua: aer ⁊ terra. Est eniꝫ ignis calidus ⁊ siccus: aqua aūt frida ⁊ humida: aer calidus ⁊ humidus: terra vō frida ⁊ sicca. Illa aūt elīa ↄriant̄ fm qd que nō ↄriant̄ nisi in vna qualitate ꝑma vt ignis ⁊ aer: aer ⁊ aqua: aqua ⁊ terra: terra ⁊ ignis. vnde ignis ⁊ aer cōueniūt in caliditate ⁊ ↄriant̄ in hūiditate ⁊ siccitate. Aer ⁊ aqua cōueniūt in humiditate: ⁊ ↄriant̄ ī caliditate ⁊ frigiditate: aqua ⁊ terra cōueniūt in friditate: ⁊ ↄriant̄ ī humiditate ⁊ siccitate: terra aūt ⁊ ignis cōueniūt in siccitate ⁊ ↄriant̄ in friditate ⁊ caliditate. Le. li. (Qm̄ quidē igit̄ oīa inata sūt adīuicē trāsmutari māifestū. gn̄atio qdē eni in ↄria ⁊ ex ↄrijs. elīa aūt oīa hūt ↄrietatē adīuicē: qꝛ differentie) formales elīoꝝ (sunt ↄrie. his .n. ambe ↄrie. v. g. igni ⁊ aque. hoc enim quidē siccū ⁊ calidū). s. ignis (hoc aūt frigidū ⁊ humidū). s. aqua (his aūt altera solum. v. g. aeri ⁊ aque: hoc enim calidum ⁊ humidū). s. aer (hoc aūt humiduꝫ ⁊ frigidū. quapropter vīt qdē māifestū qm̄ oē) elemētū (ex omni) elemēto generari inatū est. ¶ Notādum ꝑmo ꝙ phs per istā ꝓpōnē. oīa elemēta sunt inuicem trāsmutabilia. itendit ꝙ̄libꝫ elemētū esse īmediate trāsmutabile in ꝙ̄libꝫ aliud elemētū. ita ꝙ ignis pōt īmediate fieri ex aqua ⁊ ex terra: ⁊ ex aere. ⁊ aqua pōt īmediate trāsmutari in ignē: in aerē: in terrā: ⁊ sic ↄsequenter dicat̄ de alijs. Istam ꝓpōnē ponit phs notāter cōtra quosdaꝫ antiquos ponēies mixta impfecta īter elemīta. s. exalationem īter aquā ⁊ terrā: ⁊ vaporē īter aerem ⁊ aquā: ⁊ aliud mixtū impfectū īter aerē ⁊ ignē: aut īter ignem ⁊ terrā: lꝫ eēt īnoīatū: ⁊ dicebāt isti antiq nullū elementū posse fieri īmediate ex alio elemēto: qꝛ nullū elīū īmediate trāsmutat̄ ī aliud elemētū: sed ī mixtū impfectū: sic ꝙ semꝑ īter corruptionē vnius elīi: ⁊ generationē alterius mediat generatio ⁊ corruptio mixti impfecti. Ista opīo nō est vera Nam ex quo actio fit rōne ↄrietatis: ex quo inter elīa est sufficiēs ↄrietas: nō apparet qn ex vno alterū possit generari: ex aq̄. n. pt īmediate gn̄ari aer corrupta friditate aq̄: cui ↄriat̄ aer rōne caliditatis: ⁊ ex eadē pōt īmediate fieri ignis corruptis ambabꝰ qualitatibꝰ ꝑ calitatē ⁊ siccitatem ignis. ¶ Scdo notādū ꝙ phs in hac ꝓpōne. ꝙ̄libet elemētū ex quolibꝫ elīo pōt generari. nō intēdit distributionē: pro singulis generꝝ: sed pro generibꝰ singuloꝝ. i. non pro īdiuiduis: fꝫ pro spēbꝰ: qꝛ iam nullū elīū actu exn̄s potest ex aliquo elīo gn̄ari: qꝛ nihil pōt bis gn̄ari. ꝑ Arꝫ. in ꝫ ꝯ. Nō ēt ꝙ̄libꝫ elīū in ꝙ̄libꝫ aliud pōt trāsmutari accipiēdo distributionē ꝑ singulis generꝝ: qꝛ nullū totale elꝫ pōt trāsmutari ī aliqd aliō: nō ēt ptes cētrales terre: neqꝫ ptes supficiales ignis: cū nō possint corrūpi: sed ille distributiones sunt itelligēde pro generibꝰ singuloꝝ. i. ꝑ spēbꝰ: sic ꝙ omne elīū fm spēꝫ pōt ex quolibꝫ alio elīo fm spēꝫ gn̄ari. l. ignis ex aq̄ ⁊ terra ⁊ aere: ⁊ ecōtra ꝙ̄libꝫ ēt elīum fm spēꝫ in ꝙ̄libꝫ aliud fm spēꝫ pōt trāsmutari. q̄ aq̄ pōt trāsmutari in ignē ⁊ aerem ⁊ ī terrā: ⁊ aer pōt ēt in oīa alia trāsmutari: pōt tn̄ ↄcedi ꝙ omne elīū actu exn̄s in ꝙ̄libꝫ aliud fꝫ spēꝫ est aptū natū īrāsmutari siue sit elīum totale siue ptiale: neqꝫ talis aptitudo necesse reducit̄ in aliud cuius est aptitudo: sed sufficit ꝙ in aliqō īdiuiduū illiꝰ specīei. Nō igr̄ ponit Arist. possibilitatē trāsmutatiōis ī elīis oībus. sed tm̄ aptitudinem. dī. oīa elemēta inata sunt adīuicem trāsmutari: ⁊ omne elementuꝫ ex omni elemento generari innatum est.

Contra predicta arguit̄. ⁊ ꝑmo ꝙ ex igne nō pōt gn̄ari aer: quia ignis nō pōt trāsmutari in aerē nisi eiꝰ calitas remittat̄ ex quo caliditas ignis est summa: ⁊ aeris remissa: sed nō pōt remitti ignis in tali trāsmutatōe. igr̄ ⁊c. minor pꝫ: qꝛ nō apparet a quo calitas ignis remittat̄: cum nō ↄriet̄ calitati neqꝫ humiditati aeris. ¶ Secūdo arguit̄ ꝙ ex igne non pōt īmediate fieri aq̄: qꝛ ītroducta medietate latitudīs friditatis sūme in mā ignis q̄rit̄ vtꝝ in ea sit forma aq̄ vel ignis: si forma aque: sequit̄ ꝙ aqua generat̄ ex mā nō actu frida: ⁊ ꝙ plus nō habꝫ de qualitate ↄuenēti q̄ȝ disconueniēti. si aūt dr̄ ꝙ in illa mā est forma ignis. sequit̄ ꝙ aliqs ē ignis q nō ē calidus: imo ꝙ aliqs est ignis q est frigidus: ex quo īmediate post hoc in eadē mā ītendit̄ friditas: ⁊ erit supra gradū mediū totius latitudīs friditatis. ¶ Tertio arguitur ꝙ ex igne nō pōt īmediate generari terra. Tū rōne distātie: qꝛ nō fit trāsitꝰ de extremo ad extremū sine medio ideo ꝑus trāsmutabit̄ ignis in aerē: vel in aquā: q̄ȝ ī terrā Tum rōne situꝝ motuuꝫ: qꝛ si ↄiungant̄ ignis ⁊ terra: ī loco terre statim ignis ascēdit sursum: si in loco ignis statim terra mouet̄ deorsum: si aūt in loco aque vel aeris subito ignis incipit moueri sursum ⁊ terra deorsum. Tum rōne suoꝝ qualitatū. Naꝫ cū in mā ignis est tāta leuitas ⁊ densitas quāta est in mā aeris: querit̄ vtꝝ tūc sit forma ignis vel terre: aut aeris aut aque: si forma ignis. igit̄ cum non det̄ vltimū īstās rei ꝑmanētis post illud īstās erit forma ignis. igr̄ tūc ignis habebit maiorem grauitatē ⁊ densitatem q̄ȝ aer: qō est impossibile. qꝛ tūc terra nō posset deducere ignē ad tātam grauitatē ⁊ densitatem qn sub maiori posset esse forma ignis. si dr̄ ꝙ tūc est forma terre. igr̄ forma terre stat sub tāta leuitate ⁊ raritate quāta est leuitas ⁊ raritas aeris: qō est falsum: qꝛ tūc aqua vel aer nō possꝫ terrā corrūpere in sui nām: qꝛ non possent eam deducere ad tantā leuitatē ⁊ raritatē qn sub illa posset manere forma terre. Si vō dr̄ ꝙ tūc est forma aeris vel aque. sequit̄ ꝙ non ex igne fit īmediate terra. ¶ Quarto arguit̄ ꝙ ex aqua nō pōt īmediate fieri ignis: qꝛ nō pōt ex aq̄ generari ignis nisi in mā aque dominet̄ caliditas siccitas ⁊ leuitas ignis: cūꝫ actus actiuoꝝ sint in patiente bn̄ disposito. per Arꝫ. 2° de aīa: modo illud est īpossibile: ꝙ ignis cito caliditatem vehemētem ītroducat in aquā: ⁊ tarde siccitatem: sed ad intēsam caliditatē ⁊ humiditatē sequit̄ leuitas aerea ⁊ nō ignea. igr̄ ꝑꝰ generabit̄ aer q̄ȝ ignis. ¶ Itē ītroducta tāta caliditate: leuitate: ⁊ raritate quāta est aeris. q̄rit̄ vtꝝ tūc sit forma aque aut forma aeris: aut forma ignis si forma aque. igit̄ īmediate post illud īstās est forma aq̄: cum nō det̄ vltimū instās rei ꝑmanētis: ⁊ per ↄñs cuꝫ cōtinue ꝓcedat intēsio in caliditate: leuitate ⁊ raritate. seq̄t̄ ꝙ forma aque pōt esse cuꝫ maiori caliditate: leuitate ⁊ raritate q̄ȝ sit caliditas: leuitas ⁊ raritas aeris: qō est falluꝫ: quia tūc nunq̄ȝ posset aer corrūpere aquā in sui nām. si dr̄ ꝙ tūc est forma ignis. sequit̄ ꝙ ignis generat̄ cum dispositionibus aeri connālibus. si aūt conceditur ꝙ tūc est forma aeris habet̄ intētum. vꝫ. ꝙ immediate ex aqua nō generat̄ ignis. ¶ Ad ꝑmū dr̄ ꝙ cum caliditas summa dispositiue requirat determinatā siccitatē remissa siccitate necessario remittit̄ caliditas summa: nō quidē a caliditate aeris: sed ab humiditate per accn̄s ⁊ per modum sequele: quo modo nō incōuenit aliqd ab eo corrūpi: qō illi nō ↄriatur Caliditas enim aque nō ↄriat̄ motui aque ad ꝓpriū situꝫ ⁊ tamē ab illo corrūpit̄ per modū sequele: qꝛ non pōt stare sub densitate ītroducta in aqua per motū illū. Itē non incōuenit aerē generari cum summa caliditate: ⁊ qm̄ illa est disconueniēs aeri statim aer icipit illā remittere seipm reducēs ad nālē caliditatē: eo modo quo aqua calida ad frigiditatē. ¶ Ad 2m rn̄det̄ ꝙ sicut aqua extra nālē dispositionem est calida: ita nō incōuenit ignē in via corruptionis esse frigidū: tamē qꝛ istud nō apparet ad experientiaꝫ

neqꝫ ratio cōuīcit vr̄ ꝙ ignis rōne ſue nobilitatis requirit caliditatē ſupra mediū gradū totius latitudīs caliditatis. Ideo introducta medietate latitudīs ſūme friditatis ꝯceditur ꝙ in illa materia eſt forma aque:τ lꝫ nō habeat plus de frigiditate ſibi ꝯuenieñti ꝙ̄ de caliditate ſibi diſcōuenieñti:tamē habet plus de humiditate ſibi cōuenieñti:ꝙ̄ de ſiccitate ſibi diſcōuenieñti.qꝛ lꝫ aqua poſſit generari ex materia nō actu frida:aut ex materia oio calīa.nō tamen pōt generari ex materia actu ſicca:ſꝫ neceſſario humida. ℭ Et ſi arguit̃ ex iſto:ꝙ tūc in mā erit forma aeris:qꝛ ad īteñſam caliditatē cum humiditate ſupra gradū mediuꝫ reſultat raritas aerea.ꝯcedit̃.ñ tñ ex hoc habet̃ forma aeris in materia:qꝛ ad frigiditatē ꝯiunctā eidē humiditati. ſequit̃ grauitas aque:vel multo intēſioꝛ ꝙ̄ ſit illa raritas aeris.videmus.n.aquā calefactā hēre valde intēſam caliditatem cum valde intēſa humiditate:ad quā ſi ſequitur raritas aerea illa eſt valde remiſſa:τ multo intēſioꝛ ē grauitas aque que eſt effectꝰ remiſſe friditatis cū intenſa humiditate. ℭ Ad 3m vr̄.ꝙ lꝫ ignis ex igne exñte in ꝑpria regione nō poſſit īmediate generari terra:tamē ille quātuꝫ eſt de ſe eſt inatꝰ trāſmutari in terrā īmediate:τ aliꝰ exiſtens ꝑpe nos eiuſdē ſpeciei cum illo pōt trāſmutari ī terram:neqꝫ opꝫ ꝙ aſcēdat:qꝛ forte detinet̃ a viſceribus terre.τ hoc quādo eſt debilis:quādo aūt eſt fortis tunc petit̃ exitum per aſceñſum τ cauſat terremotū. Item cōcedit̃ ꝙ ignis in via coꝛruptionis pōt ſtare ſub maioꝛi grauitate:τ denſitate:ꝙ̄ ſit grauitas τ dēſitas aeris:neqꝫ eſt inconueniens ꝯcedere ꝙ terra nō pōt deducere ignē ad tātā grauitatē:vl' leuitatē qn poſſit ad maiorem ꝯducere:niſi ꝙ̄ tñ pōt illū deducere ad grauitateꝫ τ denſitatē terre exiſtentis in naturali diſpōne.ita ecōtra pōt cōcedi de terra exiſtente extra nālē diſpōnē:ꝙ pōt eſſe ſub maioꝛi leuitate τ raritate ꝙ̄ ſit leuitas vl' raritas aeris:τ hoc ſuſtinēdo exalationē calidā τ ſiccā eſſe ſubſtātialr̄ terrā:τ loquēdo de maioritate nō intēſiua:ſed effectiua:qꝛ ex quo leuitas aeris eſt ſumma:nulli ē illa intēſioꝛ:tamē aliqua eſt illa efficacioꝛ cum ſit motiua ad altioꝛē locū. ℭ Ad 4m rñdet̃. ꝙ lꝫ ignis agēs in aqua diſtante multo citius introducat caliditatē ꝙ̄ ſiccitatē:tamē agēs in aqua circundata igne eque cito īducit ſiccitatē:ſicut caliditatē.vt pꝫ de aqua a fabro guttatiꝫ poſita in igne.Et ꝯſequēter vr̄ ꝙ nō eſt inconueniēs aquam exñtē extra nālē diſpoſitionē eſſe ſub maioꝛi leuitate τ raritate ꝙ̄ ſit leuitas et raritas aeris.lꝫ non poſſit eſſe ſub tanta caliditate:quia hꝰ maioꝛitas nō eſt intēſiua:ſed tñ effectiua τ motiua ad altioreꝫ locū vt dictū eſt:τ hoc pōt ſubito oſtēdi tenēdo vaporē eſſe ſubſtantialiter aquam.

Dubitatur vtꝝ qōlibꝫ mixtuꝫ ex quolibꝫ mixto poſſit generari:ſicut qōlibꝫ elemētuꝫ ex quolibꝫ elto. ℭ Rñdet̃ ꝙ nō.qꝛ ex lapide nō poſſet generari īmediate plāta:neqꝫ ex hoīe poſſet īmediate generari bos:aut equus.Non.n.eſt tāta ꝯrietas in mixtis ſicut in elemētis:ideo nō eſt ita fortis:neqꝫ ita vlis tranſmutatio mixtoꝝ īuicē:ſicͭ elemētoꝝ:τ maxime:qꝛ aliqua mixta ſibi determināt aliquas diſpōnes:figuras:τ organizationes que aliis mixtis nō ꝯueniunt.

ℭ Jam aūt ſm vnumquodqꝫ nō eſt difficile videre quomō omnia ex omnibus erūt.

25 ℭ Differt autē in citius τ tardius τ facilius τ difficilius. Quecūqꝫ eniꝫ habēt ſymbolū adinuicem velox horum eſt tranſmutatio. Quecūqꝫ autem non habēt:tarda:qꝛ facilius vnuꝫ ꝙ̄ multa tranſmutare.

ℭ Secūda ꝯclo.in elemētis habētibus ſymbolū eſt velocioꝛ trāſmutatio ꝙ̄ in nō hñtibus. Iſta concluſio cōponit̃ ingt Ariſt.qꝛ non ſufficit oīa elemēta eſſe inuicē trāſmutabilia:neqꝫ illud eſt difficile habita ꝑbatione ꝑme ꝯcluſionis:ſed etiā opꝫ ſcire que elemēta ſunt inuicem citius τ tardius tranſmutabilia:τ in quibus eſt facilioꝛ tranſitꝰ:τ difficilioꝛ trāſitꝰ:hec enim difficultas eſt maioꝛ ꝙ̄ ſit ꝑma.Sed ꝙ cōcluſio ſit vā argnit̃ ſic. In illis elemētis eſt velocioꝛ tranſmutatio in quibus eſt facilioꝛ tranſitus:ſꝫ facilioꝛ trāſitus eſt in habētibus ſymbolū:ꝙ̄ in nō habētibus.igr̃ τc.tꝫ ꝯña cum maioꝛi.τ minoꝛ ꝑbat̃.qꝛ facilꝰ eſt coꝛrūpere vnū:ꝙ̄ duo:ſed in habētibus ſymbolū coꝛrumpit̃ tm̄ vnū:τ i non habētibꝰ coꝛrūpunt̃ duo.igr̃ τc.tꝫ ꝯña cum ꝑma pte añcedētis:ſecūda aūt pars eſt manifeſta ex'eo:qꝛ elemēta habētia ſymbolū nō habēt niſi vnaꝫ ꝯrietatē:elemēta aūt diſſymbola habēt duas ꝯrietates. Le.li.(Jam autem ſm vnūquodqꝫ)elemētoꝝ(nō ē difficile videre quomodo gdem oīa)elemēta(ex omnibus erūt)elemētis per trāſmutationē eoꝝ(Differt autem in citius:τ tardius:τ in facilius:τ difficilius.quecūqꝫ enī hñt ſymbolū adinuicē velox hoꝝ trāſmutatio:quecūqꝫ autē nō hñt tarda)eoꝝ eſt trāſmutatio(qꝛ facilꝰ eſt vnum:ꝙ̄ multa tranſmutare.)

ℭ V.g.ex igne quidem eniꝫ erit aer altero trāſmutato.hoc enim erat calidum τ ſiccum:hoc autem calidū τ humidū. Quapropter ſi dominabitur ſiccuꝫ ab humido aer erit. Rurſus autem ex aere aqua erit ſi dominabitur calidū a frigido:hoc quidem enim fuerat calidum τ humidum:hoc autem frigidum τ humiduꝫ. Quapropter trāſmutato calido aqua erit:eodeꝫ modo τ ex aqua terra:τ ex terra ignis. habent enim ambo ad ambo ſymbola. Aqua quidem humida τ frigida:terra autem frigida τ ſicca. Quapropter dominato humido terra erit:τ rurſus ignis qm̄ calidus τ ſiccus:terra autem frigida τ ſicca:ſi coꝛrumpatur frigidū ignis erit ex terra.

ℭ Et vt iſta ꝯclo vna cuꝫ ſua ꝑbatōe diſtinctius appareat Ariſt.exemplariter īductiue ꝑcedit ꝑbans vltimum añs ꝑme rōnis facte.Et ꝑmo ꝙ in elemētis hñtibꝰ ſymboluꝫ coꝛrūpit̃ tm̄ vnū.ſ.tm̄ vna qualitas ꝑma.Naꝫ ignis τ aer ſunt elemēta ſymbola:ex quo cōueniūt in vna qualitate. vꝫ.in caliditate:cum vterqꝫ ſit calidus:in quoꝝ trāſmutatione nō coꝛrūpit̃ caliditas ꝑpter carentiā ꝯrietatis tā in igne ꝙ̄ ī aere.Eſt.n.ignis calidus τ ſiccꝰ:aer vō humidus τ calidus.igr̃ coꝛrūpit̃ ſolū humiditas vel ſiccitas.ſi eniꝫ dominat̃ humiditas aeris ſupra ſiccitateꝫ ignis generat̃ aer:τ nō coꝛrūpit̃ niſi ſiccitas:ſi aūt ecōtra dñat̃ ſiccitas ignis ſupra humiditatē aeris generat̃ ignis:τ ſolū coꝛrūpit̃ humiditas iter qualitates ꝑmas. Itē aer τ aqua ſunt elemēta ſymbola conueniētia in humiditate:in quorum trāſmutatione nō coꝛrūpit̃ humiditas.qꝛ nō hꝫ ꝯrīuꝫ in aere:nec ī aqua ex quo aqua eſt frigida τ humida:aer aūt humidus τ calidus:ideo ſolū coꝛrūpit̃ caliditas vel frigiditas.ſi dñat̃ caliditas coꝛrūpit̃ frigiditas τ generat̃ aer. ſi aūt dñat̃ frigiditas coꝛrūpit̃ caliditas:τ generat̃ aqua. Item aqua τ terra ſunt ēt elemēta hñtia ſymbolū ꝑpter cōueniētiā frigiditatis repte in qualibꝫ illaꝝ. Eſt eniꝫ aqua frida τ humida:terra aūt frida τ ſicca:ideo in tranſmutatione earum nō coꝛrūpit̃ friditas:cum nō habeat ꝯrietatem in illis.ſꝫ coꝛrūpit̃ tm̄ humiditas:vel ſiccitas:ſi contingat humiditatē dñari coꝛrūpit̃ ſiccitas terre:τ gñatur

aquã: si aũt ecõtra 𝔷stingat siccitatẽ dñari corrũpit humiditas et generat terra. Item sunt elemẽta symbola terra et ignis ꝑpter 𝔷uenientiã in siccitate in quoꝝ trãsmutatiõe nõ corrũpit siccitas: sed manet in gñato et corrupto: corrũpit autem tm̃ caliditas vel frigiditas ſm dñiũ: et subdominiũ illoꝝ. si n. dñat caliditas corrũpit friditas: et gñat ignis. si aũt ecõtra dñat friditas corrũpit calitas et gñat terra. L.e.li. (Uerbi grã. ex igne qdẽ erit aer altero transmutato) i. corrupta soluz siccitate ignis (hoc. n.) s. ignis (erat calidũ et siccũ. hoc aũt) vz. aer (calidũ et humidum: quapropter si dñabit siccũ ab humido aer erit) genit⁹ ex igne (Rursus aũt ex aere aq̃ erit si dñabit calidũ a frido. hoc qdẽ. n.) s. aer (erat calidũ et humidũ. hoc aũt) vz. aq̃ (fridũ et humidũ. quapropter trãsmutato calo) per corruptionẽ (aq̃ erit. Eodẽ mõ ex aq̃ terra et ex terra ignis. hñt eni ambo ad ambo symbola. aqua qdẽ fridũ et humidũz. terra aũt fridũ et siccũz: quapropter dñato humido terra erit. Et rursus qñ ignis calidus et siccus: terra aũt frigida et sicca. si corrũpit fridius erit ignis ex terra)

Quapropter manifestum ꝙ in circuitu erit generatio in simplicibus corporibus: et facilis hic modus transmutationis: q2 symbolũ existit his que deinceps.

Ex ista deductione cõcludit Aris. ꝙ trãsmutatio elroꝝ non ꝑcedit in ifinitũ ſm rectũ: sed ſm circulũ: et ꝙ est facilis modus trãsmutationis illoꝝ ꝑpter cõuenientiã eorũdem 𝔷initer se habẽtiũ: et nõ accipit hic Arist. 𝔷initer absolute ſm sitũ. sed ſm circuitũ motus. aqua. n. 𝔷initer terre: et aer aque: et ignis aeri: nõ solũ ſm trãsmutationẽ: sed etiaz ſm sitũ: et qñ non possumus vltra ignẽ ascẽdere: oz ꝙ ex igne reuertamur circulariter ad terrã: ita ꝙ ignis erit cõsequẽter terre: et terra 𝔷initer igni nõ ſm sitũ: sed ſm circulum motus: 𝔷stat aũt in oĩbus his esse symbolũ ſm circulum. terra. n. hz symbolũ cum aq̃: et aq̃ cũ aere: et aer cum igne: et ignis cũ terra: ideo iter talia est facilis trãsit⁹. L.li. (Quapropter manifestũ ꝙ in circuitu erit gñatio in simplicib⁹ corporib⁹ et facilis h̃ modus trãsmutatõis: q2 symbolũ existit his que deiceps) i. el'ta se hñt 𝔷initer.

26 Ex igne aũt aquã: et ex aere terraz: et rursus ex aqua et terra aerez et ignez contingit quidez generari: difficilius autez quoniaz pluriuz est transmutatio. Necesse eni si erit ex aqua ignis corrũpi frigidum et humiduz. Et rursus si ex terra aer corrũpi et frigidũ et siccuz. Similiter autẽ si ex igne et aere aqua et terra. necesse. n. ambo transmutare. hec quidez igitur generatio tardior est.

Deinõ ꝓbat pħs exẽplariter iductiue ꝙ in el'tis nõ hñtibus symbolũ est difficilior trãsit⁹ ex eo: q2 in illis duo necessario corrũpunt. vz. due qualitates 𝔷rie. Nam ignis et aqua sunt el'ta dissymbola: q2 nõ cõueniũt in aliq̃ qualitate ꝑma. Est. n. ignis calidus et sicc⁹: aqua aũt frida et humida. Ideo in trãsmutationib⁹ illoꝝ subito necio due qualitates corrũpunt. si. n. caliditas ignis dñat supra friditatẽ aq̃: et siccitas supra humiditatẽ gñabit ignis ex aq̃. si autẽ ecõtra friditas et humiditas aq̃ dñent caliditati et siccitati ignis: necessario gñabit aq̃ ex igne. vbi pz semp duas q̃litates ꝑmas corrũpi: et duas alias 𝔷trarie obtinere. Silr aer et terra sunt el'ta dissymbola: q2 nõ cõueniũt in aliqua q̃litate ꝑma cum aer sit calidus et humidus: terra vo frigida et sicca. iõ cũ inuicẽ trãsmutant sic ꝙ ex vno illoꝝ gñatur reliquũ necessario corrũpunt due q̃litates ꝑme. si. n. gñabit aer ex terra necessario corrũpet frigiditas et siccitas terre. si aũt aũt ecõtra gñabit terra ex aere oio corrũpet caliditas et humiditas aeris. L.e.li. (Ex igne aũt aquã et ex aere terrã. et rursus ex aq̃ et ex terra aerẽ et ignez 𝔷tingit qdẽ gñari difficilius aũt: qm̃ pluriũ ẽ trãsmutatio: necesse. n. si erit ex aqua ignis corrũpi et friduz et humidum. Et rursus si ex terra aer corrũpi et frigidũ et siccũ. Similr si ex igne et aere aqua et terra) gñabit est (necesse ambo transmutari) i. corrũpi duas qualitates ꝑmas (hec ergo tardior generatio est).

Notandum ſm Egidium ꝙ in gñatione et corruptione manet mã et non forma: si enim ex aere fit ignis nõ manet forma aeris. manet tamẽ mã: q2 illa eadẽ mã que fuit sub forma aeris: efficit sub forma ignis: ideo q2 dimensiones indeterminate magis se vident tenere ex parte materie. Alia aũt sequunt formam: aut materiã: vt est subiectũ forme. ꝑpterea nõ manet qualitas symbola in generato que preesint i corrupto nisi ſm speciẽ: aliter generatio nõ essz trãsmutatio totius in totuz: et maneret forma sine suo subiecto: quoꝝ q̃libet est falsum. Et cum inducit Arꝫ. di. ꝙ in elemẽtis habẽtibus symbolũ est facilior transit⁹ q̃ȝ in nõ habẽtibus: ex eo q2 in habentibus corrũpit tm̃ vnũ: et in non habẽtib⁹ corrumpunt duo. Respõdet Egidius di. ꝙ difficultas generationis accipit ex eo ꝙ aliqd corrũpit per se: et a 𝔷trario. videmus. n. ꝙ forma nõ hñs 𝔷riũ adeo generat faciliter ꝙ eius generatio est in instanti: lumen enim subito fit in aere: q2 in eo cõtrarietatẽ non habet: facilius igr̃ fit ignis ex aere q̃ȝ ex aqua: q2 cum fit ignis ex aqua vtraq̃ qualitas aque per se corrũpit: et a cõtrario. Caliditas vo corrũpit per accñs ad corruptionẽ subiecti. In elemẽtis igitur habẽtibus symbolũ est facilior transitus: q2 tm̃ vnũ corrumpit p se: sed in elemẽtis nõ habẽtib⁹ symbolũ est difficilior trãsitus: q2 duo corrũpunt per se. Ista opiõ fuit reprobata ꝑmo huius: et solute sunt rõnes eius: ideo nõ opz amplius replicare cõtra eam: ex quo enim el'ta se inicem trãsmutãt nõ ſm speciẽ tm̃: sed ſz numerũ: ideo qualitas symbola manet. nõ tm̃ ſm speciẽ: sed ẽt ſm numeruz. vñ Cõmen. cõmento 8°. di. Generatio coꝝ que 𝔷riantur ſm vnã differentiã erit per corruptionẽ vnius differentie. v. g. ignis fit aer corrupta siccitate tm̃: et remanẽte caliditate: et est facilior generatio. hoꝝ que 𝔷rianт in duobus erit p corruptionẽ harum duaꝝ differentiaꝝ. v. g. ignis nõ fit aqua nisi per corruptionẽ caloris et siccitatis: et hec est difficilior generatio. Ecce ſm Cõmen. ꝙ tm̃ corrumpit vna qualitas in habentib⁹ symbolũ: et alia manet eadez numero. põt tamen remitti aliquãdo isensibil'r qualitas symbola per accidens: ad remissionẽ alterius qualitatis quã sibi determinat sub certo: sicut prius dicebat de caliditate summa: ꝙ ipsa aliquãtulũ remittit ad remissionez sue siccitatis: quã sibi determinat sub certo gradu. cuz autez est facta remissa non amplius sibi determinat siccitatem sub aliquo gradu.

Contra cõclusionẽ q̃druplr arguit. et ꝑmo ex parte 𝔷rietatis et dissimilitatis: qm̃ actio et passio fit rõne 𝔷rietatis: et dissimilitatis. vt est ostensum ꝑmo huius: sed in elemẽtis non hñtibus symbolũ est maior 𝔷rietas: et maior dissimilitudo q̃ȝ in elemẽtis habentibus symbolũ. vt constat. igit in elemẽtis non habẽtibus symbolũ ẽst facilior transit⁹: et velocior trãsmutatio q̃ȝ in non habẽtibus symbolũ. Secũdo arguit ex parte cõparationis qualitatũ actiuarũ ad qualitates passiuas: qm̃ ignis et aq̃ adinuicẽ se transmutant ſm qualitates actiuas que sunt caliditas et frigiditas. Ignis vo et aer se transmutant ſm qualitates passiuas que sũt humiditas et siccitas. Igit facilius et velocius se trãsmutãt ignis et aqua: q̃ȝ ignis et aer.

p3 ɔña. q2 caliditas ꝛ frigiditas sunt maxime actionis et
mīme resistentie. humiditas vō ꝛ siccitas sunt mīme acti
uitatis ꝛ maxime resistentie. vt p̄batum est p̄mo huius.
¶ Tertio arguit̄ ex parte pportionis potētiaꝝ motiuaꝝ
ad suas resistentias: q̄m quanta est pportio agētis ad pas-
sum in elemētis habētibus symbolū: tanta est pportio in
elemētis non habētibus symbolū. igitur non velocius se
trāsmutāt habētia: q̄ꝫ non habentia symbolū. p3 ɔña. per
Arꝫ. 7° phy. di. q͛ velocitas in motu habꝫ attēdi penes p-
portionem potētie motiue ad suam resistētiā. Añs est no-
tum. Nam quāta est pportio vnius ad vnum. tanta est p-
portio duoꝝ ad duo. ¶ Quarto arguit̄ ex parte sensus ꝛ
experiētie. videmus enī ignem citius trāsmutare aquam
q̄ꝫ terram: ppter magnam densitatēꝫ terre. Durat. n. lon-
giori tp̄e in igne q̄ꝫ in aqua: aqua etiam ecōtra citius trās-
mutat ignem q̄ꝫ terra: ppter magnam resistentiā terre: ꝛ
modicā resistentiā ignis. ¶ Pro solutione huius difficul-
tatis ponēde sunt quatuor distinctiones: quarū p̄ma est
ista. Trāsmutatio elemētoꝝ dupl'r potest cōsiderari. vno
modo in ordine ad qualitates p̄mas tm̄. Alio modo in or-
dine ad qualitates p̄mas vt cōiunctas qualitatibus secū-
dis. Si cōsiderat̄ trāsmutatio elemētoꝝ in ordine ad q̄li-
tates p̄mas tm̄. sic in illis elemētis est facilior ꝛ velocior
transmutatio que se transmutāt virtute caliditatis ꝛ fri-
giditatis siue sint elemēta symbola: siue dissymbola. q2
caliditas ꝛ frigiditas sunt maioris actiuitatis et minoris
resistētie q̄ꝫ humiditas ꝛ siccitas: citius enim se transmu-
tant aqua ꝛ aer: q̄ꝫ aqua ꝛ terra: ꝛ citi⁹ aq̄ ꝛ ignis: q̄ꝫ ignis
ꝛ aer. Si aūt ɔsiderat̄ trāsmutatio elementoꝝ in ordine
ad qualitates p̄mas: vt coniunctas secūdis que sunt rari-
tas ꝛ densitas sic in illis elementis est velocior ꝛ facilior
trāsmutatio in quibus est maior raritas: ꝛ minor dēsitas
siue sint symbola: siue dissymbola: quia est minor resistē-
tia: ꝛ agens predominās citius pōt diuidere passum: ꝛ ipꝫ
conuertere in sui naturam. ignis enim ꝛ terra sunt difficil-
lime trāsmutabilia inuicē: quia difficillimū est ignē tm̄
condēsari: q͛ ista densitas sit conueniēs terre. ꝛ ecōtra ter
ram tm̄ rarefieri q͛ illa raritas sit conueniēs igni. ¶ Se-
cunda distīctio facilitas ꝛ difficultas trāsmutationis elē-
mētoꝝ dupl'r pōt ɔsiderari. vꝫ. absolute ꝛ respectiue. dif-
ficultas transmutationis absolute sumpta habꝫ attendi
penes magnitudinem effectus in tanto: vel in tanto tp̄e: ꝛ
ɔñter facilitas transmutationis absolute sumpta habet
attendi penes paruitatē effectus in tāto: vel in tanto tp̄e.
sic q͛ istud agens maiorem difficultatē facit: qđ in eodem
tp̄e maiorē effectū pducit. ꝛ id minorē difficultatē: aut maio-
rē facilitatē facit qđ in eodem tēpore minorē effectum p-
ducit: ꝛ sic in elemētis non habētibus symbolū est diffici-
lior transmutatio q̄ꝫ in habentib⁹ symbolū: q2 elemētum
dissymbolū in eodēꝫ tēpore maiorem effectum pducit: q̄ꝫ
elementū symbolū. duo enim generāt elemētuꝫ dissym-
bolum: ꝛ elemētū symbolū tm̄ vnum facit in eodē tempo-
re. Difficultas autem actionis trāsmutationis respectiue
sumpta hꝫ attēdi penes pportionē minoris inequalitatis
ꝛ facilitas penes pportionē maioris inequalitatis. Ita q͛
vbi est pportio maior īter agens ꝛ passum ibi est facilitas
maior ꝛ difficultas minor. vbi autē est pportio minor est
difficultas maior ꝛ facilitas minor. Et q̄m tam in elemen-
ta symbola q̄ꝫ dissymbola seruat̄ eadem pportio cum sit
equalis pportio vnius ad vnum: ꝛ duoꝝ ad duo. Ideo sic
loquēdo in elemētis habētibus symbolū non est facilior
trāsmutatio: neq3 in elemētis non habentibus symboluꝫ
est difficilior trāsmutatio. ¶ Tertia distīctio est ista. trās-
mutatio elemētoꝝ potest dupl'r cōsiderari. vno modo p
respectum ad ɔrietatē: ꝛ dissimilitudineꝫ. Alio modo per
respectum ad conuenientiā: ꝛ similitudinē. si considerat̄

p̄mo modo sic in elemētis non habētibus symbolum est
facilior transitus ꝛ velocior transmutatio: quia in illis est
maior ɔrietas ꝛ dissimilitudo q̄ꝫ in elementis habētibus
symbolū. si aūt cōsiderat̄ scđo modo sic in elemētis habē-
tibus symbolū est facilior transitus: ꝛ velocior trāsmuta-
tio ppter maioritatē similitudinis ꝛ conueniētie. aqua. n.
ex se est facilius ꝛ citius trāsmutabilis in aerem q̄ꝫ i ignē
cum sit illi ppinquior in conuenientia ꝛ natura. Et si ex isto
arguit̄ q͛ homo ꝛ piscis: aut equus ꝛ lapis sunt iuicē ime-
diate trāsmutabiles rōne cōtrarietatis. ꝛ q͛ duo ignes sūt
inuicem facilius trāsmutabiles q̄ꝫ duo elemēta diuersaꝝ
specierū: siue similia sint: siue dissimilia: q2 habēt maioreꝫ
similitudinē ꝛ conuenientiā. R̄ndet̄ negando cōsequen-
tiam. Non enim sufficit sola ɔrietas ad imediatā trāsmu-
tationeꝫ. sed requirit̄ ɔrietas eoꝝ q̄ sibi non determināt
figuras ꝛ organizationes: neq3 sufficit sola cōuenientia: sꝫ
vltra requirit̄ disconueniētia non tm̄ in formis accītali-
bus. sed etiam substantialibus: sic q͛ sint diuersarum spe-
cierum. duo enim eiusdeꝫ speciei subalis non possunt in-
uicem transmutari mediate vel imediate. ¶ Quarta di-
stinctio est hec. q͛ transmutatio elementoꝝ tripl'r pōt cō-
siderari. p̄mo modo vt est fundamentū actionis ꝛ passio-
nis simul. secūdo modo vt est fundamentuꝫ actionis tm̄.
3° vt est fundamentū solū passionis. Juxta doctrinā Aris.
3° physicoꝝ di. q͛ actio ꝛ passio sunt in motu. si considerat̄
trāsmutatio vt est fundamentū actiōis ꝛ passionis simul
non est difficilior transitus in elementis non habētibus
symbolū q̄ꝫ habētib⁹: neq3 est velocior in hn̄tibus q̄ꝫ in nō
hn̄tib⁹: sed eque facilis: ꝛ eq̄ velox: q2 sic in nō hn̄tib⁹ tm̄
duo agunt ꝛ duo solum patiunt̄: ita in hn̄tibus symbolū
tm̄ vnū agit: ꝛ tm̄ vnūꝫ patit̄. Modo eque velociter duo
agūt in duo: ꝛ vnum in vnū ceteris paribus. si autem cō-
siderat̄ trāsmutatio vt est fundamentum actionis tm̄ sic
in non hn̄tibus symbolū est facilior transitus ꝛ velocior
trāsmutatio. q2 facilius ꝛ velocius agūt duo q̄ꝫ vnum. Si
vō trāsmutatio elemētoꝝ considerat̄ vt est fundamētuꝫ
solum passionis: sic in elemētis hn̄tibus symbolū est faci-
lior trāsitus: ꝛ velocior trāsmutatio q̄ꝫ in non hn̄tibus: q2
velocius ꝛ facilius corrūpit̄ vnū q̄ꝫ duo. ꝛ hec fuit intētio
Arꝫ. ideo argumēta nō pcedūt: q2 oīa cōsiderant: aut acti-
uitatem solū: aut actiuitatē in ordine ad resistentiaꝫ. Arꝫ.
Tertio arguit philosophus Empedoclem non potuisse saluare generationē ex defectu cognitionis forme substātialis: nam cum Empedo. non posuerit generationē elementorū: sed tantū mixtorum ex elementis non fuit possibilis generatio secundum Empedoclem nisi aliqua esset causa vnionis elemētorum. igitur nō est possibilis generatio absq; forma substantiali. tenet consequentia cum maiori τ minor declaratur: quia si alia esset causa vnionis elementorum q̄ forma substantialis elementorum illa maxime videretur esse amicitia: aut lis aut fortuna ad modum loquendi Empedo. non enim est aliquod elementorum. cū non sit maior ratio de vno q̄ de reliquo: nec omnia elementa simul cum sint plura vita τ non sint aliquod vnum viuens sed q amicitia: aut lis non sit huius causa vnionis elemētorum inuicem ostensum est: quoniam amicitia est solū causa congregationis: τ lis est solum causa disgregationis: modo nullum istorum sufficit ad illam vnionem sicut nec ad generationem mixti: q autem fortuna non sit huius causa arguitur. nam causa vnionis elementorum est causa determinata cum fiat semper: aut frequenter: fortuna autem est causa indeterminata cum sit indifferens ad generationē cuiuscunq; mixti ex quo est causa per accidens: si igitur non est aliquod istorum causa vnionis elementorum videtur q forma substantialis sit huius causa cum sit causa determinata τ causa non tm̄ congregationis elementorum: sed etiam generationis cum sit formalis terminus generationis: vt habetur quinto physicorum. Tunc arguitur sic: sola forma substantialis est causa vnionis elementorum sine qua non est possibilis generatio. sed Empedocles nullam mentionem fecit de forma substantiali. igitur non potuit saluare generationem. tenet consequentia cum maiori: ex dictis: minor autem patet. quia ipse nō fecit mentionem de natura: ipsa autem forma substantialis est natura. imo est magis natura q̄ materia. vt probatur 2° physicorum τ 5. metaphysice. neq; potest excusari Empedo. ex eo: quia non debuit loqui de natura: cum ipse esset naturalis philosophus considerans de rebus naturalibus debuit loqui de eo quod est bonum τ optimum: in rebus naturalibus. Constat autem naturam esse quid bonum in rebus naturalibus cum desideretur tanq̄ finis: est etiam quid optimū cum sit quid diuinum habens rationem actus perficiendi materiam: τ ponens entia naturalia in actu: cum nihil sit actu caro nisi per naturam que est forma carnis: neq; actu homo nisi per naturam que est forma substātialis hominum. vt declaratur 2° physicorum. Le. litterā. (Hec autem) scilicet causa vnionis elementorum (est substantia vniuscuiusq;) i. est forma substantialis cuiuslibet mixti. (sed non solum mixtio τ separatio mixtorum) i. amicitia τ lis (quemadmodum ille inquit) scilicet Empedocles: neq; etiam fortuna (fortuna enim ad equale) i. idifferēs (nominatur sed non ratio) que est forma substātialis (est enim misceri vt contingit) i. contingit mixtionem fieri: indifferenter ex parte fortune (natura igitur entiū causa est: ita se habere) elementa i mixto (τ vniuscuiusq; natura hoc) i. est causa generationis (de qua nihil dicit empedocles. nihil igitur de natura dicit: sed tamen τ bonū hoc est τ optimū) scilicet natura de quo debuisset dicere.

Dicit autem mixtionem solū laudat: etenim τ elementa segregat nō lis sed amicitia. Que natura deo priora dei autem τ hec.

Quarto demonstrat Aristo. Empedo. nō potuisse saluare generationem ex parte mixtionis quam credebat esse naturam: quoniam si nulla est natura que sit mixtio elementorum nulla est generatio: sed nulla est natura que sit mixtio elementorum. igitur nulla est generatio. tenet consequentia cum maiori. per Empedo. di. mixtionem elementorum esse naturam: constat autem q generatio est via in naturam. vt habetur 2° physicorum. minor vero declaratur. nam si aliqua esset natura que sit mixtio elementorū maxime videretur illa quam ipse Empedo. maxime laudat. videlicet mixtionem celi. ex elementis: dicebat enim celum compositum esse ex quatuor elementis cum amicitia sine lite: propter quod ipsum est icorruptibile. Sed arguitur q illud non sit verum. nam cum naturaliter elementa sint priora celo ex quo sunt pricipia huius secūdū Empedo. si amicitia sine lite est causa compositionis celi per idem amicitia aliquando sine lite erit causa corruptionis celi: τ ratio est hec: nam vnumquodq; naturaliter habet maiorem amicitiam ad genus proprium: q̄ ad alienum. Si ergo ignis propter amicitiam dimittit propriam speram τ congregatur alijs elementis: multo magis p amicitiam dimittet alia elementa τ redibit ad propriam speram: quapropter si quatuor elementa cum amicitia sine lite componunt celum cum iterum sufficiat amicitia ad separationem illorum τ reuersionem ad proprias speram: continget celum aliquando corrumpi: qd est falsum τ contra illum. Le. litterā (Dic autem) scilz Empedocles (mixtionē solum laudat) corporis celestis (τ enim elementa segregat) a suis locis: propter compositionem celi (non lis: sed amicitia que) elemēta vt dicit Emped. (sunt natura priora deo) i. celo (dei autē) i. corporis celestis (τ hec) s. amicitia aliquā erit causa corruptionis.

Amplius autē de motu dicit simpliciter. Nō 42
enim sufficit dicere quoniam amicitia τ lis mouent. Sed non hoc fuit amicitie esse q motu tali. liti autē q tali. Oportebat igitur aut determinare aut supponere aut demōstrare aut certe aut molliter aut aliter qualiter.

Ista est tertia pars huius capituli in qua philosophus ostendit Empedo. non potuisse saluare motum localem. τ primo ex defectu rationis: dixit enim q amicitia est causa motus congregationis: τ lis est causa motus segregationis: neq; ad hoc fecit aliquam rationem: quam tamen debuit facere: ex quo motus congregationis nō est de rōne amicitie: neq; motus segregationis est de ratione litis: nō enim probatur grauitatē eē cāz motus deorsum: neq; leuitatē esse causam motus sursum: quia motus deorsum est de ratione grauitatis: τ motus sursum est de ratione leuitatis: diffinitur enim graue per esse mobile deorsum: et leue per esse mobile sursum. Debuit igitur Empedocles. vnum istorum facere: aut ostendere motum congregationis τ segregationis esse de ratione litis: τ amicitie: aut presupponere illud tanq̄ principium: videlicet amicitiam esse causam motus congregationis: τ litem esse causam motus segregationis: aut probare illud per syllogismum demon-

stratiuum: aut per syllogismum probabilem: aut per aliquam aliam ratione ostensiuaz vel ducente ad impossibile: sed ipse nullu istoꝝ fecit. igitur non potuit saluare motu localez: patet consequentia: quia cuiuslibet motus localis dixit ipse litem: aut amicitiam esse causam. Le. i. (Amplius autem de motu) ꝫm locum Empedo. (dicit simpl'r) absq; rone (non enim sufficit dicere: quoniam amicitia ⁊ lis mouet si hoc non fuerit amicitie esse ꝙ motu tali) .i. si non fuerit de rone amicitie ꝙ moueat motu tali (liti autem ꝙ tali) .i. ⁊ de rone litis ꝙ moueat motu tali (oportebat igitur) Emped. (aut determinare) .i. diffinire litem ⁊ amicitiaz per motuz talem: vel talem (aut supponere) tanq̄ principiuz litem ⁊ amicitiam esse causas taliuz motuuz (aut demonstrare) illud per argumentuz aliquod ⁊ hoc (aut certe) .i. per syllogismuz demonstratiuum (aut moliter) .i. per syllogismum pbabilem (aliter aut qualiter) .i. per aliquam aliam rationem.

¶ Notādum ꝙ propositio cōposita ex diffinito ⁊ diffōne nō probatur cuz sit per se nota: vt homo est aial rationale: graue est illō qō est mobile deorsuz: leue est illud qō est mobile sursuz: nō etiaz probantur principia: cuz sint etiam per se nota: siue fuerit pricipia quibus itellectus assentit ex sola notitia terminorum: vt de quolibet esse vel non esse: non contingit idē simul esse: ⁊ non esse: siue fuerint pncipia quibus intellectus assentit ex discursu imperceptibili: vt omne totū est maius sua parte: ⁊ si ab equalibus equalia demas cetera manent equalia: siue fuerint pncipia quibus itellectus assentit ex notitia sensitiua: vt ignis est calidus: ⁊ nix est alba: q2 igit huiusmōi propositiones. amicitia est causa motus cōgregationis: lis est causa motus segregationis. non sunt propositiōes per se note: cum non sint pncipia: neq; composite ex diffinito ⁊ diffinitione: ideo idigent probatione: sed ipse empedocles nunq̄ probauit illas: sed tantum sub modo cōfuso cancessit eas.

43 ¶ Amplius autem quoniam videntur ⁊ vi ⁊ preter naturam moueri corpora: ⁊ secūdum naturam. Uer. g. ignis quidem superius non vi: inferius autem vi. Ui autem ei quod scdz naturam contrarium. Est autem quod vi est igitur ⁊ ꝫm naturaz moueri.

¶ Secundo arguit philosophus Empedoclez non potuisse saluare motum localem ex defectu cognitionis. Hanc distinctionem premittens: ꝙ duplex est motus corporū naturalium: scilicet naturalis et violentus: aut preter naturam: naturalis enim est ille qui est in propriū locum vt motus ignis sursum aut deorsum terre: violentus vero aut preter naturam est ille qui est in locum contrarium vt motus ignis deorsuz aut motus terre sursuz. Zriantur enim motus naturalis ⁊ violentus: quia coꝝ termini ad quem contrariant. s. sursum ⁊ deorsuz. Le. i. (Amplius autem quoniam videntur ⁊ vi ⁊ preter naturam moueri corpora: ⁊ ꝫm nām. verbi gratia. ignis superius quidem non vi) .i. non violenter: sed naturaliter (inferius autem vi) .i. violēter mouetur (vi autem) .i. violentum est (ei qō ꝫm naturam contrariuz: est autez quidem vi. est igitur etiam ꝫm naturaz moueri) .i. distictio est ista ꝙ aliquid mouet' violēter ⁊ aliqd nālr ⁊c.

¶ Hanc igitur amicitia mouet: aut non. Contrarium enim terra superius: ⁊ segregationi assimulat'. ⁊ magis lis est causa eius qui ꝫ naturam motus q̄ amicitia. Quapropter ⁊ vl'r preter naturā amicitia erit magis.

¶ Ista distinctione premissa Aristo. arguit Empedo. non potuisse saluare motū localez ex defectu cognitionis: quia ignorauit causas motus naturalis ⁊ violēti. dixit enim amicitiam esse causam motus naturalis: ⁊ litez esse causam motus violenti. Cum tamen debuerit cōtrarium ponere: nam ꝫm eum amicitia est causa motus: cōgregationis: ⁊ lis est causa motus segregationis: cum igitur non possint elemēta congregari nisi ignis descendat deorsuz: aut terra ascendat sursuz. igitur amicitia est potius causa motus violenti q̄ naturalis: patet consequentia: quia motus ignis deorsum ⁊ motus terre sursuz sunt motus violenti ex distinctione premissa. Itez in segregatione elementorū a mixto ipsa elementa mouentur ad propria loca. sed lis est causa motus segregationis a mixto ꝫm Empedoclē. igitur potius est dicēda lis causa motus naturalis q̄ violenti. patet cōsequentia. quia motus elementoruz ad propria loca est motus naturalis: vt supositum est in distinctione data. Le. ii. (Hanc igit' motionem naturalem (amicitia mouet) .i. facit ꝫm Empe. (aut non) .i. ⁊ naturalis (contrarium enim) .i. contra naturam est (terram superius) moueri. propterea (⁊ segregationi assimulatur) cuiusmodi lis dicit' esse causa ꝫ Empedoclem (et magis lis causa est eius qui ꝫm naturam motus q̄ amicitia: quapropter vniuersaliter) mot' (pter nām: amicitia erit magis) causa q̄ lis.

Contra predicta

arguitur: et primo ꝙ non oportet ignem descendere: aut terram ascendere: ad hoc ꝙ fiat mixtio quoniam mixtū potest fieri ex vno tm̄ elemēto: aut ex quatuor genitis i idetermiato loco a virtute celi. ¶ Secūdo arguitur ꝙ non semper motus terre sursuz: aut ignis deorsuz est violentus: quia ꝫm Cōmentatorez fluxus ⁊ refluxus maris est naturalis: quia est a causa superiori: vt a luna. igitur p idem motus: terre sursum est naturalis: ac etiaz motus ignis deorsum si est a virtute celi. ¶ Tertio arguitur ꝙ nullus talis motus dicebatur ab Empedocle naturalis vel violētus: quoniā sola natura ⁊ forma substantialis facit motū nālem ⁊ violentū: vt patet ex diffinitione nature data 2°. physicoꝝ. sed Empedocles negauit naturam ⁊ formam substātialem: igit' habuit negare quelibet talem motum. ¶ Quarto arguitur ꝙ aliquis est motus naturalium corporum qui non est naturalis: nec violentus: quia motus circularis aeris ⁊ ignis in sperius suis videtur esse huiusmōi nō est violētus cū sit perpetuus: neq; naturalis: cuz non sit a principio intrinseco aut extrinseco. ¶ Ad primum dicit' ꝙ lz mixtum possit fieri ex vno tantum elemento: aut ex quatuor genitis a virtute celi. hoc tamen non concedebat Empe. q2 dicebat elementa esse intransmutabilia ingenerabilia et incorruptibilia: ideo ꝫm eum oportebat ea semper congregari ad vnum locum quando fiebat mixtum: qō fieri nō poterat nisi per ascensum terre: aut descensum ignis. ¶ Ad secundum dicitur. ꝙ si terra mouet' sursum aut ignis deorsum a virtute celi: talis motus est naturalis: ⁊ est dicendus potius naturalis q̄ violentus: vbi tamen fieret ab extrinseco non conferente vim passo: talis motus est simpliciter violentus. Empedo. autem nullum talem motuz dicebat fieri a virtute celi: neq; ab extrīseco sed tantum a casu vt dicetur ifra. ¶ Ad tertium respondetur ꝙ negando naturam ⁊ formam substantialez: empedocles non habuit ponere motum naturalem vel violentum. tamen loquendo de natura improprie: eo modo quo vtebatur natura pro mixtione elementoruz aut pro appetibili rei: sic ponebat naturale ⁊ violentum. ideo nō dicit absolute philosophus in littera: ꝙ lis sit causa motus naturalis: sz ꝙ est magis causa istius motus q̄ ami-

citia. ¶ Ad quartum dicitur ꝙ sicut fluxus et refluxus maris est motus naturalis: quia fit ab extrinseco. videlicet a luna conferente vim passo: imprimendo virtutē in aqua per quaz sic mouetur: sicut ferrum ad magnetem: ita motus circularis aeris ⁊ ignis i proprijs speris est naturalis: quia fit ab extrinseco. s. a celo imprimente virtutē per quaz sic mouentur: ⁊ hoc propter equalitatez ipsorum elementorū: ex quo enim illa elementa semper corrumpuntur sub polis: ⁊ generantur sub equinoctiali: natura ordinauit vt sic semper circulariter mouerentur: vt ex genito in vna parte fieret restauratio corrupti in alia parte.

¶ Simpliciter autez nisi amicitia ⁊ lis moueat eorum corporū nullus motus est neqꝫ mora. Sed inconueniens.

44 ¶ Amplius autem ⁊ videntur mota: segregat enim quidem lis. ductus est autem superius ether non aliter: sed quandoqꝫ inquit vt a fortuna. Sic enim constitit currens tunc: multoticus autem aliter.

¶ Ultimo arguit philosophus ꝙ Empedo. non potuit saluare motuz localez ex defectu determinationis. determinauit enim ipse omnez motuz ⁊ omnez quietez esse ab amicitia: aut lite: qꝺ tamen non est verum vt ex tribus dictis suis manifestatur: quorū primum fuit ꝙ aer i mūdi creatione a lite segregatus est: non tamen a lite motus est sursum: ⁊ consequenter non ab amicitia: quia amicitia est tantuz causa congregationis: sed a casu ⁊ a fortuna currens seipsuz mouet sursum. Le. li. (Simpliciter autem nisi amicitia: aut lis mouet eoruz corporū) naturalium scilz mixtoꝝ vel elementoruz (nullus est motus neqꝫ mora) inquit Empedo. (sed inconueniēs est) hoc vt patz ex dictis eius (Amplius autem ⁊ videntur mota) per eum ab alia causa (segregauit quidem enim lis) aerem inquit Empedocles (ductus est autem superius ⁊ hoc non a lite sed a casu).

¶ Quandoqꝫ quidez inquit innatuz esse ignez superius agi. Ether autē ingrediebatᷣ terre ꝓfundas radices.

¶ Secūduz dictuz Empedo. fuit ꝙ ignis naturaliter mouetᷣ sursum: ⁊ postqꝫ est sursum iterū mouetᷣ deorsuz nō a lite vel ab amicitia: sed a casu vel fortuna. Uidebat. n. Empedo. aquaz subtus terram esse naturaliter calidaz: ⁊ aliquando ignem esse ibi assensum: vt autez huius rei causam redderet dicebat ignem fortuitu ingredi radices: ⁊ profundas cauernas terre: sic ꝙ ibi nō generabatur: sed casu ⁊ fortuna mouebatur ad locum illum ⁊ existens in loco illo calefaciebat aquam. Le. litteraz (Sed quādoqꝫ quidez inquit) Empedocles (innatuz est ignē superius agi). i. superius moueri (ethera autez). i. ignis (ingredietᷣ terre ꝓfundas radices).

¶ Similiter autem ⁊ mūduz sic habere inquit in lite nunc ⁊ prius in amicitia. quid igitur est quod mouet primū ⁊ causa motus. Non enim amicitia: ⁊ lis: sed cuiusdaz hec causa: si vtiqꝫ est illud principiuz.

¶ Tertium dictum Empedoclis fuit ꝙ mundus nunc similiter se habet tempore litis: ⁊ prius tempore amicitie volebat enim ꝙ sicut nunc: qꝺ est tempus litis ignis mouetᷣ sursum naturalr ⁊ deorsum a casu. igitᷣ prius tēpore amicitie quādo erat illud chaos confusum similiter mouebatur: quo posito: sequitur ꝙ neqꝫ lis: neqꝫ amicitia ē causa cuiuscūqꝫ motus ignis. sed preter istas causas est dare aliam causam priorem: ita ꝙ amicitia non est causa omnium motuuz ignis: sed tantū congregationis ⁊ segregationis: motus ergo ignis sursuz aut deorsum factus tempore litis ⁊ amicitie non est ab aliqua illaruz causaruz. Sed ab alia causa. vt arguatur sic. lis ⁊ amicitia sūt cause cōtrarie: igitur illaruz effectus sunt motus contrarij: sed similis est motus ignis factus tempore litis ⁊ tēpore amicitie. igitur ille motus non est ab aliqua illaruz causarum. ⁊ per consequens falsum dixit Empedocles ꝙ lis ⁊ amicitia erant cause propter quas mouebanᷣ et quiescebāt omnia corpora naturalia. Le. li. (Similiter autem ⁊ munduz se habere inquit) Empedocles (in lite nunc ⁊ prius in amicitia: quid igitur est qꝺ mouet ꝑmuz ⁊ causa motus est) vtroqꝫ tempore (non enim amicitia ⁊ lis: sed cuiusdam) specialis motus (hec talia) sunt cause (si est illud principium) qꝺ mouet taz tempore amicitie qꝫ tēpore litis quare.

¶ Inconueniens autez ⁊ si anima ex elementis: aut vnuz aliquod coruz alterationes enim anime quomodo erunt. Uerbi gratia: musicuz esse ⁊ rursus si non musicuz: aut memoria: aut ⁊ obliuio. Palaz autez quoniaz siquidez ignis anima: passiones erunt ei quecūqꝫ ignis secūdū ꝙ ignis. Si autē miscibile corporalis. Harū autē nulla corporalis. Sed de his alterius opus est contēplationis. 45

¶ Ista est quarta pars huius capituli: in qua philosophus ostendit Empedoclem non potuisse saluare motuz alterationis. nam omnis alteratio: aut est alteratio corporis aut alteratio anime: sed ipse non potuit saluare aliquam istaruz alterationum: igitur ⁊ ꝙ nō potuerit saluare alterationem corporis ostensum est ante: quoniam sm eum elementa sunt intransmutabilia. igitur sunt inalterabilia: patet consequentia. quia si generatio est impossibilis alteratio est impossibilis: vt ostensuz est ꝑmo huius: constat autem ꝙ si non est alteratio in elementis: ꝙ nec etiam i mixtis: ex quo mixta fiunt ex elementis in actu sm Empedoclez: ⁊ per consequēs nulla per eum potest esse alteratio corporis. Sed ꝙ nulla possit esse alteratio anime. secundo enim arguit Aristo. hic. nam Empedocles posuit animam esse de natura elementi: aut igitur ipsa est vnum elementuz: aut componitᷣ ex elementis: si est vnū elementuz: videlz ignis: aut aliquod aliud: sequitᷣ ꝙ non poterit alterari ad musicam: neqꝫ in ea poterit esse memoria vel obliuio: cum ista non fiant absqꝫ alteratione. ⁊ patet cōsequentia: quia si anima est ignis illi non competunt: nisi qualitates ignis. videlz caliditas ⁊ siccitas: ⁊ consequenter ei non competunt musica: memoria ⁊ obliuio. Con similiter arguatur: si dicitur animam esse aliud elementum: videlicet aerem: aut aquam: vel terram Si autem anima non est ignis: nec aliquod aliorū elementoruz: sed est aliquod compositū ex elementis passiones eius non erunt nisi passiones corporales: sed musica memoria ⁊ obliuio non sunt passiones corporales. igitur illi inesse non poterunt hꝫ passiones. Le. li. (Incōueniens autem ⁊ si anima ex elementis: aut vnum aliqꝺ eorum est) vt dicit Empedo. (alterationes enim anime quomodo erunt. verbi gratia: musicuz esse ⁊ rursus sine musica) quomodo erit (aut memoria: aut obliuio. Palam quoniam si ignis anima est) ignis (passiones erunt ei quecūqꝫ igni competunt sm ꝙ ignis. si autē miscibile)

aliquod est anima ex elemētis omnia que sunt ī ea erūt
(corporalis) qđ est falsuz (harum autem) que sunt mu
sica memoria ⁊ obliuio (nulla corporalis. sz de his alte-
rius opus est contēplatiōis) quia horuz perscrutatio ad
hūc librū nō pertinet. sed ad libruz de anima: ⁊ ad libꝝ
de memoria ⁊ reminiscentia. ¶ Notandū ꝙ pro opinio
ne Empedo. pōt aliquantuluz argui impossibilitas trās-
mutationis elemētorū. Et p̄mo sic. si ignis potest trāsmu
tare aquaz ponaꝫ igitur ꝙ. a. ignis transmutet. b. aquam
adequate in hora generādo ex illa ignez summuz: ⁊ seq-
tur ꝙ ante finem hore. a. transmutabit. b. aliquanta ve-
locitate: ⁊ dupla ad illaz: ⁊ sic in infinituz ex quo mino-
rabitur resistentia in infinituz ⁊ augebitur proportio in
īfinitum potentie motiue supra resistentiaz: igitur velo-
citas intendetur in finitum. ⁊ cum quelibet talis veloci
tas procedat ratione dominij caliditatis supra frigidita
tez: igitur in fine hore erit caliditatis īfinitas. tenet cōse
quentia per Aristo. ⁊ Cōmentatorez p̄mo celi. vi. ꝙ ele-
menta non habent motus īfinitos. nam cuz terra: inqui
unt tanto velocius moueꝫ quanto magis appropinquat
suo loco. igitur si motus terre cresceret in īfinitum: cum
illa velocitas sit ratione grauitatis. seqtur grauitatē cre
scere in īfinitū. ¶ Secūdo. a. non pōt vniformiter alte-
rare. b. igitur ⁊c. probaꝫ añcedens: quia si sic ponatur igi
tur ꝙ in p̄ma medietate hore inducat medietatem lati-
tudinis caliditatis: ⁊ in secūda aliam medietatez ⁊ argu
tur sic. in secūda medietate hore agens erit idem ⁊ resi-
stentia erit mior. igitur ī illa medietate. a. velocius aget
ꝙ̄ in p̄ma. igitur maiorem latitudinem caliditatis itro-
ducet in. b. ꝙ̄ in p̄ma medietate: sed non inducet nisi me
dietatem latitudis. igitur vna medietas latitudinis est
alia maior: qđ implicat contradictionem. Itez sequitur
vt supra ꝙ. a. producet caliditatem īfinitam: quia produ
cet īfinitas caliditates: in īfinitis partibus proportiona-
libus non cōmunicantes quaruz quelibz erit intensior
caliditate vt quatuor. quod declaratur sic. ponendo ꝙ
in prima medietate hore. a. generabit caliditatē vt qua-
tuor. ⁊ patz ꝙ in secunda parte proportionabili hore pro
ducet caliditatem intensiorem caliditate. vt quatuor. ⁊
sic consequenter de alijs caliditatibus producendis in
residuis partibus proportionalibus: quelibz enim istaꝝ
caliditatum minus compatietur de suo contrario ꝙ̄ ca-
liditas vt quatuor. dicit enim philosophus 5°. physicoruz
ꝙ illud est magis vel minus tale: ī quo est plus: aut mi-
nus de suo cōtrario. ¶ Tertio si ignis pōt transmutare
aquam. pono igitur ꝙ. a. ignis summus transmutet. b.
aquam summam: quousqz iducatur caliditas per totuz
b. ⁊ non vltra ⁊ simus iam in instanti cessationis motus:
⁊ arguitur sic. aliqua pars. b. est frigida in summo. igitur
non totum. b. est trāsmutatum ab. a. antecedens pro-
batur. nam. b. s̄m suum extremum frigidius continue
ante hoc fuit frigidum in summo. ⁊ in hoc instanti nul-
la est remissio facta in extremo remissiori: quia nunc ces
sat totalis actio. igitur. b. s̄m eius extremum frigidius
est frigidum in summo. ⁊ per consequēs aliqua pars. b.
est frigida in summo. ¶ Quarto. a. non potest produce
re in. b. totam latitudinem caliditatis. nec aliquem gra-
dum eius. igitur ⁊c. Prima pars antecedentis arguiꝫ:
quia si. a. produceret totam latitudinem caliditatis au-
gmenti: in instanti vel in tempore. non in istanti: quia nō
est motus in instanti. per Aristo. 6°. physicoruz. nec etiaz
in tempore: quia tunc nunꝙ̄ inciperet: nec desineret in-
ducere illam totam latitudinem caliditatis cuz nunꝙ̄
sit verum dicere. a. non inducit totam latitudinem cali
ditatis et immediate post hoc inducet illam neqz vnꝙ̄
erit verum dicere. a. non inducit totam latitudinem ca
liditatis ⁊ imediate ante hoc induxit totam latitudinē
caliditatis. Secunda pars etiam declaratur. quoniam
a. nunꝙ̄ inducet gradum summum caliditatis: cuz non
inducet eum in fine motus: propter cessationem a motu
neqz ante finē motus. quia quocūqz instanti dato in quo
inducet illum gradum. sequitur ꝙ post illud instans in-
ducet gradum intensiorem ex quo post illud instans cō-
tinuabitur motus: ⁊ sicut arguitur de gradu summo: ita
de quolibet alio. ¶ Ad p̄mum concedo ꝙ velocitas al-
terationis maiorabitur in īfinitum ante finem hore: nō
tamen ex hoc sequitur caliditatem infinitam per illam
velocitatem generari. Et ad philosophuz cum Cōmen-
tatore p̄mo ce. dicitur ꝙ non est simile: quoniaz si in tē-
pore finito terra pertransibit spacium infinitum versus
locum suum: necesse est grauitatē augeri in īfinitum: ita
in proposito. si. a. in tempore finito transmutaret aquam
infinitam necessario caliditas intenderetur in infinituz
sed. a. non transmutat nisi aquam finitam per cuius assi
milationem maioraꝫ proportio in īfinitum. ⁊ consequē-
ter velocitas. ¶ Ad secundum dicitur. ꝙ stante eadem
applicatione agentis ad passum non est possibilis vnifor
mis alteratio: s̄m ꝙ argumētum probat. vbi tamē pro-
portionabiliter elongaretur agens a passo posset esse pas
sio alteratio vniformis: ⁊ non seqtur agens manet idem
⁊ resistentia est minor. igitur alteratio est velocior: quia
cetera non sunt paria ex quo non seruatur cōtinue equa-
lis applicatio agentis ad passum. Item dico ꝙ nulla cali
ditas producta in aliqua alia parte proportionabili a pri
ma medietate hore erit ita intensa sicut caliditas: vt. 4.
Et cuz arguitur quelibet talis compatietur secum maio
rem frigiditatē ꝙ̄ caliditas vt quatuor. igitur erit inten
sior. negatur consequentia. quia intensio qualitatis non
attenditur penes maiorem vel minorem mixtionem cō
trarij: sed penes distantiam a nō gradu. medietas enim
latitudinis caliditatis ignis est remissa: nō tamen admi-
scetur contrario: tota etiam caliditas aeris est remissa ⁊
tamen illi nihil sui contrarij est admixtum. Ex doctrina
Aristo. in hoc secūdo. Et ad philosophum 5°. physicorum
respondetur ꝙ non cōcedit aliquam istarum conditio-
nalium. si aliqua qualitas est altera intensior illa minus
habet de suo contrario: si aliqua qualitas est altera re-
missior illa plus habet de suo contrario: sed ꝙ si sint duo
qualificata per admixtionem contrarioruz: illud est ma-
gis vel minus tale in quo est plus: aut minus de suo cō-
trario: ⁊ ad hūc intellectum loquitur Aristo. cum dicit ī
thopicis. albus est qđ est nigro impermixtius. Itez loq-
tur Aristo. de permixtione contrariorum per se ⁊ non per
accidens: ita ꝙ si sint due caliditates totales: quarū vna
minus compatitur de suo cōtrario ꝙ̄ altera illa que mi-
nus compatitur est intensior: mō caliditas non est cali-
ditas totalis: sed partialis: ⁊ si minus compoitur de suo
contrario ꝙ̄ caliditas vt quatuor hoc est per accidens:
inquantum est pars intensioris caliditatis. nam si ille ca
liditates essent totales in duobus mixtis indubie cali-
ditas vt quatuor minus compateretur de suo contrario
ꝙ̄ caliditas secūde partis proportionabilis. Ex isto seq-
tur ꝙ alique sunt due medietates alicuius latitudīs ca-
liditatis: quarum vna potest compati frigiditatē: et non
alia. patet de p̄ma medietate totius latitudinis que cō-
potitur secum frigiditatē secūda autem medietas non
potest compati ex quo presupponit primā medietatē: ne-
qz potest illa p̄ma medietas remitti nisi secunda p̄us re-
mittatur. ¶ Ad tertium dicitur. ꝙ. b. in casu illo nō est
calidum neqz frigidum: quia in eo extenduntur latitu-

dices caliditates et frigiditates modo; contrario sic ꝙ vbi est gradus summus caliditatis ibi est non gradus frigiditatis: ⁊ vbi est non gradus caliditatis ibi est gradus summus frigiditatis. In puncto autem medio est gradus medius totius latitudinis: et lz hoc dicatur esse calidum in summo: aut frigidum in summo sm extremū: non tamen est calidum: neq; frigidum: aliquis enim est albus sm dentes: qui tamen non est albus. Item conces so ꝙ. b. nō habet frigiditatem sūmā in aliquo extrema dici ꝙ in hoc instanti non remittitur illa frigiditas summa: ex quo cessat motus. sed immediate ante hoc remittebatur illa frigiditas summa: non quidem in aliquo instanti sed in quolibet tempore terminato ad hoc instās. ideo conceditur ꝙ illa frigiditas summa pus remittitur ꝙ sit remissa: remittitur enim ante hoc instans: ⁊ nunc pmo in hoc instanti est remissa. ¶ Ad quartū respondetur ꝙ. a. inducet. b. totam latitudinem caliditatis non in aliquo instanti: sed in toto tempore trāsmutationis ⁊ dico ꝙ in eo instanti in quo incipit alterare incipit inducere totā illam caliditatem: non quia immediate post hoc inducet illam: sed quia immediate post hoc erit ita ꝙ inducet illaz. similiter in fine motus desinet inducere illā quia immediate ante illud instans erit ita ꝙ inducet illam ⁊ in illo instanti erit ita ꝙ non inducet eaz. Itez cōcedo ꝙ. a. inducet gradum summum non in fine motus neq; in aliquo instanti ante finem motus: sed in qualibz parte temporis terminata ad vltimum istans motus. iō a. nunꝙ incipiet inducere gradum summuz: sed bene desinet eum inducere: omnem autem alium gradū remissum incipiet ⁊ desinet inducere: quia omnem talem inducet pro aliquo instanti propter continuationem motus: si enim alteratio sit vniformis in medio instanti inducet. a. medium gradum latitudinis caliditatis sic ꝙ ī eodem instanti ille gradus inducetur ⁊ erit īductus: nā autem ita dicitur de gradu summo: quia ille terminabit: ⁊ nō continuabit motum ⁊c.

46 Ex elementis autem ex quibus corpora constituta sunt: in quibus quidem videtur esse aliquid cōmune: aut trāsmutari inuicem: necesse enim si alterū hoꝝ ⁊ alterū contingere.

¶ Iste est tertius tractatus secūdi de gñatione in quo philosophus determinat de generatione mixtorum. postꝙ determinauit de generatione elementarum: ⁊ diuiditur in duo capitula. in quorum primo venatur modum mixtionis. i 2° aūt medium eiusdem mixtionis. ibi (Quoniā autem patiuntur) Primum capitulum diuiditur ī duas partes: in quarum prima premittit duas suppositiones. in secūda exequitur de intento per conclusiones. ibi (Illis enim qui dicunt) pma igitur suppositio est hec ꝙ omnia elementa sunt inuicem transmutabilia: ista suppositio patet ex determinatis ante. ¶ Nā quecūq; habent subiectum cōmune illa sunt inuicez transmutabilia: sed omnia elementa habent subiectum cōmune: scilz primā materiam. igitur. maior ps: quoniam habere subiectum cōmune ⁊ inuicem transmutari dicuntur ad conuertentiam. igitur quibuscūq; competit vnum eorum necessario competit alterum. ⁊ per consequens si aliqua sunt inuicem transmutabilia illa habent subiectum commune ⁊ ecōtra. si aliqua habent subiectum commune: illa sunt inuicem transmutabilia. Le. li. (De elementis autez ex quibus corpora) mixtorum (cōstituta sunt quibus quidem videtur esse aliquid cōmune: aut transmutari adinuicem) necesse est omnia illa esse inuicem transmutabilia (nam necesse si alterum horum) competit alicui (⁊ alterum contingere) eidem. s. cōmunicare in materia ⁊ inuicem transmutari.

¶ Quicūq; enim non faciunt ex inuicem generationem: neq; ex vnaquaq;: nisi sicut ex pariete lateres inconueniens. Quomodo enim ex illis erunt carnes ⁊ ossa ⁊ aliorū q̄dcūq;.

¶ Confirmatur ista suppositio. nam si elementa nō essent inuicem transmutabilia non haberetur modus generationis mixtorum: quoniam negantes transmutationem elementorum inuicem: non possunt dicere mixtionem ⁊ generationez mixtorum ex elementis fieri. nisi sicut fit domus ex parietibus: neq; resolutionem mixtorum in elementa possunt ipsi dicere nisi sicut resoluuntur parietes in lateres: et hoc est valde inconueniens: quia cum in carne ⁊ osse nō appareant elementa distincte sicut parietes ⁊ lapides in domo: quomodo igitur generabuntur caro ⁊ os ex elementis certuz est ꝙ illi nunꝙ signare poterūt. Le. li. (Quicūq; enim nō faciunt ex adinuicem generationem) elementorum (neq; mixto ex vnoquoq;) facient elementa vel ecōtra (nisi sicut ex pariete lateres) aut ex lateribus parietes: sed hoc est (incōueniens: quomodo enim ex illis erūt carnes ⁊ ossa ⁊ aliorum quodcūq;) mixtum.

¶ Habet autem quod dicitur questionem ⁊ ex alterutris generantibus. Quomodo generatur ex eis aliud aliquid preter hoc. Dico autē Verbi gratia. ex igne est aqua: ⁊ ex hac generari ignem. Est enim aliquod cōmune subiectum: si vtiq; ⁊ caro ex eis generatꝰ ⁊ medulla: hec vtiq; generantꝰ quomodo.

¶ Secūda suppositio est ꝙ omnia elemēta sunt transmutabilia in mixta: ⁊ econuerso. ista suppositio sequitur ex probatione alterius: ideo enim elementa sunt inuicem transmutabilia: quia habent materiam communez: sed mixta ⁊ elementa: habent etiam materiam cōmunem. igitur ⁊c. minor patet. quia sicut in elementis: ita ⁊ī mixtis inuenitur materia calida ⁊ frigida: humida ⁊ sicca: ⁊ sicut non est difficile scire elementa inuicem generari. s. aquam ex igne: ⁊ ignem ex aqua: sed est difficile scire modum transmutationis illorum: ita non est difficile scire mixta generari ex elementis: ⁊ elemēta generari ex mixtis: quia hoc habetꝰ ad experientiam: sed est difficile scire modum generationis illorum. verbi gratia. statiz cum intelligimus carnem ⁊ ossa cōmunicare in subiecto: ⁊ in materia cū elementis statiz scimus carnē ⁊ ossa generari ex elementis: sed quomodo fiat huiusmodi generatio non statiz scimus: sed cum difficultate inquirimus. Le. li. (Habet autem quod dicitur) de generatione mixtorum ex elementis (questionem). i. difficultatez (⁊ ex alterutris generantibus). i. cum elementa se inuicē trāsmutant (quomodo generatur ex eis aliud aliquid preter hoc). i. mixtum distinctum ab elementis (Dico autem. verbi gratia. ex igne aquaz ⁊ ex hoc). i. ex aqua (generari ignem. est enim aliquod cōmune subiectum: sed vtiq;) propter eandem causam (⁊ caro generatur ⁊ medulla: hec autem generātur quomodo). i. quomodo hec generantur est difficultas.

¶ Illis quidem enim qui dicunt vt Empedo. quis erit modus. Necesse enim est composi-

tione esse: sicut ex lapidibus ⁊ lateribus paries. Mixtura vtiqȝ hec ex saluatis vtiqȝ erit elementis: scðȝ parua autē adinuicem compositis. Ita vtiqȝ caro ⁊ aliorum vnumquodqȝ.

¶ Ista est secūda pars huius capituli: in qua philosophus exequitur de intento: per quatuor conclusiones: quarū pma hec est: negantes transmutationem elementorum inuicem modum mixtionis saluare non possunt. ¶ Secunda conclusio. concedentes transmutationē elemētorum inuicem modum mixtionis cum difficultate saluare possunt. ibi (Similiter autem) Tertia conclusio. mixta generantur ex elementis equalibus potētia otqȝ virtute. ibi (Quapropter quoniam) Quarta conclusio. diuersitas mixtorum est ex diuersitate modorum mixtionis. ibi (Secundum vero ꝙ est potentia) Primam conclusionem philosophus declarat ex eo: quia Empe. ⁊ alij negantes transmutationem elementorum nō possunt dicere mixtionem elementorum esse aliud ꝙ͂ compositionem eorundē: eo modo quo paries componitur ex lapidibus et lateribus: sed ꝙ ista non sit vera mixtio: neqȝ verus modus miscendi ostenditur: quia in vera mixtione miscibilia non debent esse actu saluata: neqȝ iuxta posita, vt probatum est pmo huius: hec autē que componunt parietē sunt actu saluata: ⁊ iuxta posita. igitur ibi non est vera mixtio: ⁊ consequenter neqȝ in carne neqȝ in osse: neqȝ in alio mixto naturali erit vera mixtio si elementa sunt in illis saluata: ⁊ iuxta posita quātumcunqȝ sint diuisa in paruissimas ⁊ minutissimas partes. Le. li. (Illis enim qui dicunt vt Empe.) elementa esse intransmutobilia (quis erit modus) mixtionis (necesse enim est) fm eos. mixtionem (compositionem esse sicut ex lapidibus ⁊ lateribus paries. mixtum vtiqȝ hec ex saluatis vtiqȝ elementis erit. fm parua autem adinuicem compositis: ita vtiqȝ caro ⁊ aliorū vnūquodqȝ) mixtorū hoc modo generabiť ex elementis tm̄: per iuxta positionem: ⁊ nō per veram mixtione fm Empe.

47 ¶ Cōtingit itaqȝ non ex quacūqȝ parte carnis generari ignem ⁊ aquam. Sed quemadmodum ex cera: generatur vtiqȝ ex hac quidem parte spera: pyramida autem ex aliqua alia. Sed contingebat ex alterutro alterutrum generari. Hec quidē igitur hoc generantur modo ex carne: ex quolibet ambo. Eis autē qui illo modo dicunt non contingit: sed vt ex pariete lapis ⁊ lateres: alterutrum ex alio loco ⁊ parte.

¶ Istam conclusionem Arist. confirmat: quoniam in vera mixtione quelibȝ pars mixti est mixta: sed si elementa non sunt inuicem transmutabilia non quelibet pars est mixta. igiť negātes trāsmutationē elementorum nō pñt saluare ver̄ modū mixtionis. pȝ ꝯña cū maiori. qꝛ ꝑ illud differt mixtio a cōpōne vt patuit ꝑ hᵒ. ⁊ minor declarať: qm̄ accepta vna carne nō ex qualȝ pte istius carnis pñt gñari oīa q̄tuor elēta: qꝺ tm̄ fieret si q̄lȝ pars istiᵘ carnis esset mixta. Vñ fm Empe. caro ⁊ qðlȝ aliud mixtum se hȝ respectu elētoꝝ sicut cera respectu figurarū: ⁊ paries respectu lapidū ⁊ lateꝝ. Nam si esset vna cera in qua essent impresse figure plés: sic ꝙ figura sperica esset in vna pte cere ⁊ figura pyramidalis esset in alia pte nō posset ex qualibet pte cere fieri vtraqȝ illarū figuraꝝ: sȝ ex vna pte fieret spera: ⁊ ex alia pyramis: silr nō ex quasibet parte parietis possunt fieri lapides ⁊ lateres. sed ex aliqbᵘ fiunt tm̄ lapides ⁊ ex qbusdā alijs fiūt solum lateres: ita in proposito non ex q̄libet pte carnis pōt gñori ignis ⁊ aqua: ⁊ quodlibȝ aliorum elementorū: sed ex aliqua solum generabiť ignis: ⁊ ex aliqua tantū generabiť terra. ⁊ sic de alijs: si in ipso carne ⁊ in alijs mixtis est tm̄ iuxta positio elementorum ⁊ non vera transmutatio eorundem. Le. litteraȝ. (Contingit itaqȝ non ex quacunqȝ parte carnis generari ignem ⁊ aquam: quemadmodum ex cera generatur vtiqȝ ex hac parte spera: pyramis aūt ex aliqua alia: sed contingebat) vt dictum est in capitulo de mixtione (ex alterutro alterutrum generari). i. ex qualibet parte mixti quodlibet elementū fieri (hec quidem igitur generātur modo ex carne ex quolibȝ ambo) .i. hoc modo generantur omnia elementa ex carne: quia omnia ex tota carne ⁊ oīa ex qualibet parte carnis (eis autem qui illo modo dicūt) vt Empedocles (non cotingunt ista: sed vt ex pariete lapis ⁊ lateres alter vtrūqȝ ex alio loco) generatur (⁊ parte alia). ¶ Notandum ꝙ si elementa essent saluata in mixto nullum mixtum esset quia vnum per aliquam formam substantialem: ⁊ quia non esset ibi aliqua vna forma continens ⁊ retinēs elementa: quodlibet illorum tenderet in suum propriū locum. Si ergo ignis maneret actu ĩ mixto non sisteret ibi sed euolaret in regionem propriam: sic etiam aer expiraret in proprium locum. Nullum ergo mixtum existeret: neqȝ duraret per tempus: neqȝ valet instantia de domo: que manet per tempus non obstante ꝙ sue componentia distinguuntur loco: quoniam partes domus non sunt diuersorum elementorū a natura. sed in eis dominatur terra: ideo omnes partes propter suam grauitatē tendunt deorsum: ⁊ quia nō est possibilis penetratio corporum vna earum alteri resistit ne descendat: ⁊ alia cōprimit ne moueatur: sic autem non inuenitur in compositione omnium elementorum: leuia enim cederēt grauibus: ⁊ irent omnia ad loca sua.

¶ Similiter autem ⁊ facientibus vnam eorū materiam habet aliquam questionem quomodo erit aliquid ex ambobus. Verbi gratia ex calido ⁊ frigido: aut ex igne ⁊ aqua. Si. n. est caro ex ambobus: ⁊ neutrum eorū. Neqȝ rursus compositio saluatorum: quid relinquitur nisi materiam esse quod ex illis. Alterius enim corruptio: aut alterum facit: aut materiam. 48

¶ Secūda conclusio. concedentes transmutationem elementorum inuicem cum difficultate saluāt moduȝ mixtionis. probatur. nam si caro sit ex duobus miscibilibus videlȝ ex aqua: et igne aut ex calido aut frigido necesse est vnum istorum contingere: aut carnem esse vnum illoꝝ duoꝝ miscibiliū: aut esse cōpositionē amborū miscibilium: aut vnum miscibilium fieri alterum: aut ambo miscibilia fieri vnum tertiū videlicet carnem: ⁊ quitercūqȝ dicatur indubie cum difficultate saluatur modus mixtionis. si enim dicitur carnem esse alterum miscibilium: neqȝ ignem: aut aquam hoc non potest esse: qꝛ sic caro non esset mixtum: sed elementum. Si dicitur ꝙ sit compositio amborum saluatorum ostensum est in prima conclusione ꝙ huiusmodi compositio nō est mixtio. Si autem dicitur ꝙ in generatione carnis ex illis miscibi

libus vnum fit alteruz iteruz non erit mixtio: sed corruptio vnius elementi ⁊ generatio alterius. si vero dicitur ꝙ ambo fiunt vnum tertium. s. caro hoc est: quia amba faciunt ⁊ relinquunt materiam cōmunem in hoc 3° quo concesso iteruz non apparet mixtio: sed tantū corruptio duarum ⁊ generatio vnius tertij ex materia cōmuni illarum. Fiat ergo hoc argumentuz ponētes vnaz ⁊ eandem materiam in elementis: ⁊ cōsequēter trāsmutationem elementoꝝ inuicem nō possunt ponere mixtiꝫ fieri ex elementis nisi vno dictorum modorum: sed quolibet illorum modorum cum difficultate saluatur motus mixtionis: vt potuit. igitur ponentes ⁊ concedentes trāsmutationem elementorum inuicem: cuꝫ difficultate saluare modum mixtionis. Le. litteram (Similiter autez ⁊ facientibus vnam eorum materiam). s. elementorum (habet aliquam questionem). i. difficultatē (quomodo erit aliquid) videlicet mixtum (ex ambobus) miscibilibus (verbi gratia. vt igne ⁊ aqua aut calido ⁊ frigido. si enim est caro ex ambabus ⁊ neutrum eorum) est cara (nec rursus compositio saluatarum quid relinquitur nisi materiam esse ex illis. alterius enim corruptio est) ⁊ non mixtio: quoniam autem vnuꝫ illoruꝫ (alteruꝫ faciant materiam) cōmunem faciunt ambo. ❡ Notanduꝫ fm Egidium. ꝙ non solum materia prima: sed etiaꝫ forma mixtionis inquantum virtualiter continentur in ea omnes forme elementorum ipsis elementis quid cōmune dici potest propterea ratio facta peccat per fallaciam cōsequentis: cum dicitur non remanet aliquod elementoruꝫ in actu. sed remanet aliquod cōmune: igitur remanet tātū materia: non enim relinquitur sola materia ex mixtione: sed resultat ibi aliqua natura 3ª que dici potest quid cōmune. ❡ Sed ista expositio est dubia: quoniam proprie loquendo nihil remanet nisi ꝙ prefuit: sed forma mixti non prefuit. igitur non dicitur remanere in generatione mixti. Ideo dicitur ꝙ non tantuꝫ materia remanet: sed preter materiam remanēt omnes forme elementoruꝫ que sunt dispositiones essentiales forme mixti: ⁊ sicut materia prima dicitur quid cōmune omnibus elementis. ita quelibet forma substantialis elementi est quid cōmune omnibus mixtis. iuxta doctrinam Commentatoris tertio celi.

❡ Quapropter ⁊ quoniam est ⁊ magis ⁊ minus calidum ⁊ frigidum: quando quidez est simpliciter alterum actu: potentia alterū erit. Quando autem non omnino. Sed vt quidem ens calidum ⁊ frigidum: vt autem frigidum calidum. Quia que miscentur corrumpunt intentiones adinuicem. Tunc neqꝫ materia erit: neqꝫ illoꝝ cōtrarioꝝ alterutrū actu simpliciter: sed medium.

❡ Tertia cōclusio. mixta generantur ex elementis remissis equalibus potentia atqꝫ virtute: pꝫ: quia mixta nunqꝫ generantur: ex elementis inequalibus potentia: ⁊ virtute: sic ꝙ vnuꝫ sit simpliciter in actu: ⁊ alteruꝫ in potentia ad hūc intellectuꝫ ꝙ vnum simpliciter predominetur ⁊ alteruꝫ subdominetur: quia tūc non fieret mixtiꝫ: sed elementum per conuersionez elementi subdominantis in elementuꝫ predominans: nō etiaꝫ generantur mixta ex elemētis equalibus potentia ⁊ virtute: sic ꝙ vtrūqꝫ sit in actu simpliciter sub excellentijs qualitatum primaruꝫ quia sic non fieret mixtio: sed compositio. nō etiaꝫ generantur mixta ex elemētis equalibus potentia ⁊ virtute sic ꝙ vtrūqꝫ sit simpliciter in potentia ad hūc intellectū ꝙ simpliciter corrumpatur non manēte nisi materia: quia tunc non fieret mixtio: sed tm̄ generatio ⁊ corruptio. oꝫ igitur ꝙ mixta sic generētur ex elemētis vt nulluꝫ illoꝝ maneat actu simpliciter i mixto neqꝫ simpliciter in potētia: sed partim in actu per mixtionem omniuꝫ qualitatū primaruꝫ ⁊ partim in potētia per remissionem illarum: sic ꝙ ex his generetur vnuꝫ medium participans naturam omnium elementorum ex parte materierum ⁊ formaruꝫ substātialuꝫ ⁊ formaruꝫ accidentaluꝫ. Constat autez ꝙ hꝫ mediuꝫ est ipsum mixtum in quo sunt materie: ⁊ forme substantiales omniuꝫ elementoꝝ: ac etiaꝫ forme accidentales remisse: cuꝫ tale mixtum non sit calidum simpliciter: neqꝫ simpliciter frigiduꝫ: sed si est caliduꝫ habet cōiunctā friditatē: ⁊ si est frigiduꝫ habet cōiunctaꝫ caliditatem. ⁊ cōsimilr dicaꝫ de humido ⁊ sicco. Le. li. (Quapropter quoniā) cōtingit aliquid esse (⁊ magis ⁊ minus calidum vel frigiduꝫ) etiaꝫ fm magis ⁊ minus (quādo quidē est alterum simpliciter actu) a predominio supra alterum: tūc non est mixtio: quia elemētuꝫ quod est (potētia alteruꝫ erit: quādo autez nō omnino) miscibilia sunt simpliciter in actu vel simpliciter in potentia (sed vt quidem caliduꝫ frigidum: aut vt fridum calidum: quia que miscentur corrumpunt intensiones adinuicem). i. excellentie qualitatum pmaruꝫ (tūc nec materia erit illoꝝ contrarioꝝ alteruꝫ simpliciter actu. sed mediuꝫ) resultabit participans naturaꝫ omniuꝫ contrariorum: videlꝫ mixtuꝫ. ❡ Notanduꝫ fm Egiduꝫ ꝙ lꝫ tam aer: qꝫ sanguis sit calidus: non tamē vtrūqꝫ participat naturaꝫ ignis: neqꝫ vtrūqꝫ est mixtum ex igne: lꝫ in nullo illorū sit forma substantialis ignis: quia ad hoc ꝙ aliquid sit mixtuꝫ ex igne: aut participet naturam ignis oportet ꝙ habeat caliditatē per respectuꝫ ad ignē: ⁊ qꝛ sanguis habet caliditatem per respectuꝫ ad ignez. idea sanguis est mixtꝰ ex igne ⁊ participat naturaꝫ ignis: aer autem non est aliquod istorum: quia non habet caliditatem per respectuꝫ de ignem cuꝫ sit primuꝫ corpus transmutabile sicut ignis: sed habet caliditatē per respectum ad humiditatē cum sit quasi per se instrumētum caliditatis ⁊ per se subsiematur calido. nulluꝫ igitur elementuꝫ dicitur participare naturaꝫ alterius elemēti: ⁊ ex hoc nullum elementuꝫ est mixtuꝫ ex alio elemēto: quia nullam qualitatem primam habet: per respectum ad aliud elementuꝫ. sed tm̄ per respectuꝫ ad aliaꝫ qualitatē sibi coniunctam: quodlibet autez mixtuꝫ vere componitꝫ ex elementis: ⁊ participat naturaꝫ illoruꝫ: quia determiat sibi quatuor qualitates primas per respectuꝫ ad quatuor pꝛima corpora. videlꝫ caliditatem per respectuꝫ ad ignem frigiditatem per respectuꝫ ad aquaꝫ: humiditatē per respectū ad aerē: ⁊ siccitatē per respectuꝫ ad terraꝫ. ❡ Sꝫ cōtra ignis est calidus per se primo: ⁊ aer est calidus per se non pꝛimo. vt ostensuꝫ est de mēte philosophi in hoc 2°. igitꝫ aer est calidus per naturam ignis. pꝫ consequentia. quia nihil competit alicui per se non pꝛimo: nisi per naturam illius cui illud competit per se pꝛimo. ideo enim ysocheles per naturā trianguli habet tres angulos equales duobus rectis: quia habere tres angulos equales duobus rectis competit triangulo per se pꝛimo: ⁊ ysocheli per se nō pꝛimo. iuxta doctrinaꝫ Aristo. primo posterioꝝ. illa etiā cōsequētia tenet auctoritate Aristo. pbantis 2° metaphysice. ꝙ omne caliduꝫ est calidū per naturaꝫ ignis. ❡ Dicēduꝫ igitꝫ ꝙ non sufficit ad hoc ꝙ aliqd sit mixtū ex quatuor elemētis ꝙ habeat naturaliter omnes qualitates primas: qꝛ sic quodlibet elementum esset mixtum ex alio elemento ex quo participat naturam illius

per vnam qualitatez primaz: sed oportet q᷑ sit medium inter omnia elementa: non quidem per abnegationem: sed per participationem: sic q᷑ habeat materiam omnium elementorum ꝛ formas substantiales omnium elementorum non actu: sed potentia. habeat etiam formas accidentales omnium elemētorum tam motiuas q̄ꝫ alteratiuas nō in sūmo: sed remissas.

¶ Secundum id vero quod est potentia magis calidum: aut frigidum: vel contrarie alterutrum: secūdū hanc rationem: ꝛ ratione dupliciter calidum potentia q̄ꝫ frigidum: vel tripliciter: vel secundū alium talem modum. Erunt vtiqꝫ mixta alia ex contrarijs: aut ex elementis.

¶ Quarta conclusio. diuersitas mixtorum est ex diuersitate modorum mixtionis. probatur. nā cum quodlibꝫ elementum sit potentia magis calidū ꝛ minus calidū aut magis frigidum et minus frigidum non est necesse mixtum generari ex elementis calidis ꝛ frigidis sub medio gradu illarum latitudinum: quoniam stante trāsmutatione ꝛ mixtione elementorum inuicem lꝫ omnes excellentie qualitatum primarum corrumpantur: non tamen equaliter corrumpuntur: sed ſm magis ꝛ minus: q᷑ aliquando plus remittitur de caliditate q̄ꝫ de frigiditate: vt in generatione plantarum ꝛ inanimatoꝝ aliquando ecōtra: plus remittitur de frigiditate q̄ꝫ de caliditate: vt in generatione animalium habentium pulmonem ꝛ sanguinem. erit igitur ratio mixtoꝝ ſm rationē miscibiliū: ita q᷑ si in miscibilibus caliditas excedet frigiditatē i dupla proportione: consimiliter ꝛ in mixto calidum erit duplum ad frigidum ꝛ si in miscibilibus: caliditas excedet frigiditatē in ꝑportione tripla ſm hoc generabitur vnum aliud mixtum habens caliditatez triplam ad frigiditatem: ꝛ sic continue ſm hunc modū proportionum diuersarum in qualitatibus primis contrarijs erit diuersitas in mixtis. Le. litteram (Secūdum id vero q̄d est potentia magis calidum vel frigidum vel cōtrarie) .i. minus calidus vel minus frigidus (secūdum hanc rationem) miscibilium erit ratio mixtorum ꝛ modus mixtionis. potest igitur mixtum proportione contrariorum (ꝛ ratione) miscibiliū (dupliciter) esse magis (calidū potentia) .i. virtutis (q̄ꝫ frigidum: vel tripliciter vel ſm aliquem talem modum. erūt vtiqꝫ mixta alia ex contrarijs: aut ex elementis) eisdē aliter ꝛ aliter ꝑportionatꝰ in qualitatibus primis.

¶ Et alia elementa ex illis potentia qualiter entibus. Non ita vero vt materia: sed secūdum predictum modū. Et erit ita quidem mixtio. Illo vero modo materia ſm q᷑ generatur.

¶ Ex predictis Aristo. infert q᷑ sicut mixta generantur ex elementis ita elemēta generantur ex mixtis: quoniā elementa sunt potentia in mixto: non quidem ſm materiā solum: quoniam in generatione mixti ex elementis non fuisset mixtio elementorum: sed tm̄ generatio mixti ꝛ corruptio illorum: immo preter materiam: quia saluatur virtus elementoꝝ in mixto cum non corrumpatur. ideo necesse est formas substantiales illorum manere ex quibꝰ cū suis materijs in corruptione mixti fient elementa in actu que primo erant in potentia. Uia ergo compositionis mixta sunt ex elemētis. ꝛ via resolutionis elementa sunt ex mixtis. Le. litteram (Et elementa ex illis potētia qualiter entibus) .i. elemēta ex mixtis existentibus aliqualiter in potentia generantur (non ita vero: vt materia solum: sed ſm predictum modum) vt saluentur forme substantiales elementoꝝ (ꝛ erit quidem ita mixtio. illo vero modo) quādo remanet solum (materia q᷑ generatur) aliquid est concedendum ꝛ non mixtionem esse.

